SI a principali itento ſermone digredi cum vtilitas exigit minime decet cū ad ipſam cōfert miſericordiā loquutio minus incōgruit: de chriſto ieſu de quo noſter tot⁹ eſt ſermo. Nēpe ignorare vos nolo iacob nō effeminatum fuiſſe ⁊ mulieꝝ libidine victum: ſed ſub alta dei diſpenſatione qui tēpora ⁊ leges imutat ſeruiſſe illum tempori ſuo in pluralitate vxorum quando mos erat: crimen nō erat. Querebatur eniꝫ multiplicatio cultus diuini ex propagatiōe carnali illius populi ex quo chriſtus meſſias erat oriundus vbi ⁊ pſignabatur: plures eccl'ias nationuꝫ varietate ⁊ rituum ꝑ orbem diffuſas tanq̄ꝫ ſponſas vni viro in fide chriſto deſponſandas: ⁊ per doctores probos ⁊ improbos tanq̄ꝫ per liberas ⁊ ancillas bonos ⁊ malos in fide chriſti gignendos. Nonne videtur vobis aperte chriſtuꝫ vbiqꝫ ſignari. Ne autem tempus vel via priuſq̄ꝫ ſermo ex cūctis prophetis vel aliquid de chriſto perſtringens ſubtrahatur a vobis aliquid de ioſeph pudiciſſimo breuiter patefacio Geneſeos agrum latiſſimuꝫ reliquemus omnino. Hunc quippe in ſenectute a patre genituꝫ ⁊ inter ceteros magis dilectuꝫ quia fratres ſuos accuſauit: ſenſu quoqꝫ ⁊ conuerſatione excellentiam perfectionis non modicam oſtendebat: oderant fratres ſui⁹ nec ei poterant quicq̄ꝫ pacifice loqui. Sua exinde inuidia tractātes occidere ſuggerēte ex fratribus vno noīe iuda vlli precio vendiderūt: ⁊ qꝛ neq̄ſſime mulieris mechie acquieſcere noluit infeſtantis innocenter condēnatus ad carceres fuit vbi vincti cuſtodiebantur: ſed ſapiētia in vinculis nō dereliquit eum: donec afferret illi ſceptrū regni: nam eductus de carcere tunſis capillis culcioribus veſtibus circūamictus coraꝫ rege egypti cunctiſqꝫ principibus exaltatus mirabiliter fuit vocatuſqꝫ ſaluator mundi ⁊ per preconē publicato ꝙ poſt regeꝫ primus haberetur in regno ⁊ in reuerentia ad euꝫ. Demū fratres ad ipſuꝫ: fame orbē inuadente expulſi venire adorauerunt neſciī: ⁊ poſt redargutionem eorū amicabiliter ⁊ lachrymabiliter eos ſuſcepit ⁊ remiſſa iniuria copioſiſſime refecit. Jaꝫ collectis ſpicis manib⁹ confricemus vt ad latētia grana perueniatis quibus viuatis ⁊ bene. Seneſcente iam mūdo natus eſt tēporaliter chriſtus ⁊

ipſe filius ſuper omnes magis
dilectus. Conuerſatus eſt cum
fratribus. ſ. cum iudeis quia ac
cuſabat eos predicando eorum
crimina: ſanctitate quoqꝫ ⁊ ſa/
pientia habebat inſignis: ideo
eum pati non poterant: ei mor
tem pluries intentantes. iuda
autem vt diuulgatum eſt eum
parua peccunia quaſi venden
te ⁊ tradente de cõmuni cõſen
ſu i manibus ethnicoꝝ. Demũ
quia acquieſcere noluit ſynago
ge. generationi adultere: vt pu
rum ſe hominẽ fateretur illius
nolens ſatiſfacere voluntati ne
fallax exiſteret condẽnatus a
caypha ſynagoge viro ⁊ pila/
to ei preſidenti p̱ mortẽ dedu
ctus eſt in carcerem limbi vbi
vincti regis eterni cuſtodiebã
tur ad tempus. Quid vltra mo
rer? De carcere educitur ſuſci
tatus tonſiſqꝫ capillis mortali
tatis ⁊ preſentium calamitatũ
gloria imortalitatis indutꝰ rex
gentium dñs deus coram ſatra
pis mundi exaltauit illum ⁊ de
dit illi nomen qđ eſt ſuper om
ne nomen. ſ. vt nuncupet ⁊ ſit
mundi ſaluator. Per orbẽ quo
qꝫ p̃dicatores tanqꝫ precones
mittet vt in nomine ieſu omne
genu flectat. Porro iudei ipſi
qui fratres ſui ſm carnem ad
veſperam: cũ famem patientur
vt canes ad ipſum venient: ⁊ q
ipſum nunc ignorant reputan/
tes de terra ipm ⁊ nomen eius
eraſum poſt duras increpatio/
nes que eis fient a chriſto per
doctores fideles ⁊ adorationẽ
quaſi in vitam recipientur ad
conuiuiũ gratie in fide eccliſie
omni eis dimiſſa offenſa.

## Cleophas.

Vere domine mi verba
vite eterne habes. O
quantam gratiam con/
ceſſit nobis altiſſimꝰ hodie vt
tua ſancta ſocietate nos fecerit
dignos. Felix iſta dies qua me
ruimus tuo conſortio frui. Tu
enim omnia vidiſti nil tibi vi
detur ſecretum ⁊ cum itineris
labor famelicos reddat ⁊ ſitibũ
dos: ego alium cibum non que
ro nec aliũ potum qꝫ tuam in/
terpretationem.

## Peregrinus.

Quia omne datum opti/
mum ⁊ omne donum p̱
fectum deſurſum eſt: de
ſcendens a patre luminũ ideo
de oibus non homini ſed deo
gloria exhibenda. Nunc autẽ
per reliquos penthatheuci li/
bros volo diſcurrere ⁊ ex ſin/
gulis aliquid elicere: quo pro/
noſticatum eſt chriſtum pati ⁊

intrare in gloriam ſuam. In exodo habetis magnum myſterium ⁊ admirabile ſacramentū de agni paſcalis imolatione. Poſtq̄ enim pharao flagellis obduruit ⁊ dn̄i iuſſa audire cōtempſit cum primogenita egyptiorū omnia vna nocte ab exterminatore angelo occiſa fuiſſent vt ne vna exiſteret domus que ſuum mortuū non lugeret populo dei accidit hoc grande prodigium vt incolumis ⁊ alacer reperiret totus: nec vnus canis mutiret ex ſanguie agni imolati vtiq̄ liberat⁹ quo ſup liminaria domorum in modū tau. i. crucis linita fuere ex hoc ex dira ſeruitute ſunt eruti in illo q̄ exitu iſrael de egypto facta eſt iudea dn̄i dei ſanctificatiōis ⁊ poteſtatis oſſēſio. Omnia autē hec in figura contigerunt illis. Agnus quippe innocens ⁊ imaculatus ipe eſt ieſus chriſtus occiſus ab origine mūdi tipice in ſanctorū ſacrificijs quartadecima tamen luna primi menſis actualiter: qua die agnus figuratiuus videbatur occidi ex cuius ſanguine effuſo in cruce electi eius protecti a deuaſtāte angelo erepti de duriſſimo ſunt infernalis pharaonis imperio vtroq̄ poſte anime domus intellectus vz ⁊ affectus ſeu cordis ⁊ oris fide crucis linito. Poſt tranſitum exinde maris rubri per baptiſmū ab ipſo chriſto inſtitutum vbi ſubmergitur omnis exercitus inferorum cantat domino glorioſe populus eius magnificētiam poteſtatis deifice ad terram procedentes repromiſſionis eterne. Uidetis ne quomodo oportuit chriſtum pati vt a ſeruitute tranſferentur homines in libertatem glorie filiorum dei.

# Amaon.

Videmus plane quia nil ſuauius nil vtilius nihil q̄ rationabilius dici poteſt: ſed cum annuatim ob tanti memoriam beneficij non delendam ſolennitas phaſe celebratur ⁊ a ſcribis noſtris in ſynagogis res geſta narratur admirari non deſino quare preceptum artiſſimū domini emanauerit de eſu huius agni paſcalis a quocunq̄: ⁊ cū circūſtātijs illis: ſeu cerimonijs i lege deſcriptis Caput inquit cū inteſtinis ac pedibus vorabitis vt nil vſq̄ mane remāeat ſiqd autem reſiduum fuerit igni cōburatur. Q. ſi tanti non fuerint in familia vt ſufficiant ad eſum agni aſſumant ſecum vicinum

coniunctum domui ſue nil de carnibus extra domum ferendo. Non autē crudū vel aqua coctum: ſed tantum igni aſſatū ⁊ hoc ad veſperam cum panibus azimis ⁊ lactucis agreſtibus. Accinctis quoqꝫ renibus baculos habentes in manibus ⁊ calciamenta in pedibus feſtinanter ipſum manducare iubemur. Que horū ratio: obſecramus elucides.

# Peregrinus.

Magna ſunt que petitis et omni veneratione digniſſima ⁊ que loquar a meipſo non loquar: ſed reuelauit deus per ſpiritū ſanctum. Credo nō imemores vos eſſe eorum que predicabat aliquando iſte ieſus cum fueritis conuerſati cum ipſo vt diſcipuli eius: quod etiam egit in vltima cena ab apoſtolis eius forte audiſtis. Niſi manducaueritis carnem filij hominis ⁊ biberitis eius ſanguinē non habebitis vitam in vobis inquiebat. In ipſam autem carnem ſuam ⁊ ſanguinē conuertit panē ⁊ vinum diſcipulis ſuis ꝓpria virtute diuina quibus trāſſubſtātiatis ſe ⁊ illos cibauit. Nec incredibile iſtud quia non eſt impoſſibile apud deum omne verbum. Nepharium autem eſſet diuinam potentiam intellectu humano qui ſe habet ad maniſeſtiſſima nature vt oculus noctue ad lumē ſolis velle metiri. Precepit autē omnes fideles ſuos illo pane ſacramētali illo calice participare. In hoc realiter eſt xp̄s qui immolatus eſt agnus: ⁊ lʒ hoc nūc ſecretū ſit: per orbem videbitis oculis diuulgari. Et quia cum magna deuotiōe ad ipſū ſacramentum accedendū eſt: ideo ꝑ illas cerimonias eſus agni paſcalis condignā voluit ad hoc preparationē docere. Super omnia hic fides exigitur: ideo qualis circa ſacramentū ħ eſſe debeat inſinuatur in eo qḋ dicitur caput ⁊c. Caput enī chriſti deus pedes qui terram tangūt corpus eſt agni celeſtis verſantis in mūdo: interiora vero anima latens in eo. Totum vorat qui totum indubie credit .ſ. deitatem: animā rationalem ⁊ corpus chriſti eſſe in hoc rationabili ſacramento. Si quid in eo eſt ita durū ⁊ arduum ratiōi ꝙ non poſſit capi: qꝛ infra mirabilia inſueta nunc de ipſo dicunt ⁊ ſunt: que nunc explicare non expedit illō igni exponat .ſ. vt totū credat ex imenſo amore dei ad nos preceſſiſſe. In com/

miniſtoribus autē ipſius ſacra
menti ſentētijs qđ per ſe cōme
dere non valet: adiutorium ſu
mat aliquem peritum domui
ſue.ſ.eccleſie vnitum non diui
ſuȝ qui ei valeat declarare. Nil
extra domuȝ ferendum de car
nibus agni quia extra eccleſiā
ſitis non ſunt conferenda cele
ſtia ſacramenta. Non aqua ſciē
tie ſecularis mente decoctū ſeu
examinatuȝ comedi debet: aut
cruduȝ infidelitatis errore ſed
igne ſpiritus .ſ. qui de ipſo lo
qtur in ſcripturis diuinis. Diſ
poſito intellectu per meram fi
dem prepareť affect⁹ ꝛ corpus:
corpus qdeȝ vt accingatur ſan
ctimōia ab actu abſtinēdo etiā
coniugali: affect⁹ ex azimis ſyn
ceritatis ītentōis ꝛ vitatis ite
gre ꝯfeſſionis cū lactucis agre
ſtibus contritionis. Cum bacu
lo memorie dominice paſſiōis
ꝛ calciamentis operum ſancto
rū pie ī propoſito ſaltem imita
tionis. Feſtinanter autem cum
actu intenſiſſimi deſiderij ꝛ af
fectionis: ad veſperam vero vt
cum tali ꝛ tanta deuotione ac
ſi tūc migraturus eſſet e corpo
re. Suauitateȝ autem eius nul
lus valet exprimere. Ipſo eniȝ
peccata purgantur: virtutes au
gentur: ꝛ omnium ſpiritualiuȝ
cariſmatum abundantia mens
impinguatur: ꝛ ideo ſignatum
in pane delitiis: imo manna de
celo preſtito omneȝ ſuauitatis
ſaporem habente.

## Cleophas.

Mi domine ego vn⁹ fui
ex ſeptuaginta diſcipu
lis eius: ꝛ cum hoc lo
queretur ſcilicet de eſu carnis
ſue oportuno: ita nobis viſus ē
durus ſermo ꝛ inaudibilis: vt
iam cum illo plures ſcandaliſi
zati ex nobis non ambularent
non intelligentes virtutē ver
borum: ſed ipſe poſtea declara
uit: non ſic materialiter eden
dum: vt in macello carnes emū
tur. Sed tua ſapientia obſcura
nimis fecit perlucida: edendū
ſacramentaliter fore ꝛ cum ma
xima vtilitate: ꝛ ideo quis det
de carnib⁹ eius vt ſaturemur?

## Peregrinus.

In promptu eſt leuitic⁹
liber qui per ſingula ſa
crificia chriſti ſpirat ce
leſtia ſacramenta: in eo videlȝ
quo ſe obtulit hoſtiam deo in
odorem ſuauitatis ꝛ precipue
illud qđ in propitiationis ſolē
nitate mandabatur offerri: qđ
pontifex ſummus ſemel in āno
cum aparatu magnifico in ſctā
ſanctorum ſolus ingrediebať

ad orandū pro populo. Prius enim duo hyrci a multitudine vniuersa ei presentabātur ex q bus super vnius caput peccata populi ſacerdos in genere exp mebat: atq; imprecans ei per alium in deſertum locū emitte bat viuum quaſi peccata popu li ſecū ferentem: alter vo victi mebatur in ſanguine eius per pontificē i tabernaculo ſepties fuſo. Quid putatis cariſſimi h ſibi velle: niſi quia chriſtus aſſi ſtens pontifex futuro℞ bono℞ per amplius ⁊ pfectius taber naculum non manu factū neq; huius creationis: neq; per ſan guinem hyrco℞: ſed per ppriū ſanguinem introiuit in ſancta ſuperna eterna redemptione inuēta. Duo hyrci ſunt due na ture que in ipſo exiſtūt: diuina pariter ⁊ humana. In his dua bus ſubſtantijs vna eademq; p ſona adducta fuit ab omni ple be iudeorum chayphe pncipi ſacerdotum iudicanti ipm reū eſſe mortis: ſed paſſionis tem pore caper emiſſarius euaſit i columis: videlicet ipaſſibilis deus qui ledi non poteſt in de ſertum celi ab angelis apoſtati cis derelicti abijt peccata ppli vniuerſi ſecum ferens non ad habendum ſed virtualiter de lendum. Abijt aūt non ſe ſepa rando ſed ſubtrahendo quo ad manifeſtationem potentie: et tanq̄ʒ infirmam et derelictā il lorum impietati dimittēdo ad placitū. Et humanitas ipſa eſt caper ille mactatus: cuius ſan guis effuſus ſepties celos ape ruit: purgans non ſolum origi nale: ſed ⁊ actualia ⁊ capitalia ſeptem. Peccata enim omnium ipſe chriſtus ptulit quo ad pe nam ſuper lignum crucis i cor pore ſuo: ⁊ propterea ſepties ef fudit ſanguinem ſuū. Et vt cre datis deo aperiente de myſte rijs eius mihi nihil eſſe clauſū in circūciſione ſua: pmo ſangui nem fudit contra libidinis vi tium que impuberes ⁊ prius ⁊ magis adurit pre ceteris: i ora tione vo quando factus in a gonia paſſionem ſenſitiuā hor rebat: factus eſt ſudor ei⁹ ſicut gutte ſanguinis decurrentis i terram cōtra accidiam ita gra uantē vt nil boni agere libeat cum autem circūdederunt eū viri mēdaces ⁊ ſine cauſa ceci derunt flagellis totum corpus erupit in ſanguinem cōtra ira cundiam: que materialiter cor poris ſanguinem ad cor remit tit vt incēdat. At quādo pilati milites plectētes coronam de ſpinis poſuerunt ſup caput ei⁹ ex puncturis non modicus ſan

guis exiuit contra arrogantie vel cenodoſie malum que in capite ſatis oſtenditur: de manibus eius apertis in ligno cum clauis emanarũt putei aquarũ ſed rubicundarũ ad extinguendum auaritie ignem qui nũq̄ dicit ſufficit: propter quod manus frequenter pauperi claudit: pedes autem quos adam leuauit ad accipiendum guſtum vetiti ligni ex gule vitio: iſte ſecundus adam leuauit in cruce magno ex illi⁹ ſanguinis fluxu Aperuit demum latus ⁊ cor viri cõtinuo exiuit ſanguis ⁊ aqua vulnerata charitas eius cõtra inuidentiam qua mors introiuit in orbem terrarum. Ex his collige quia oportuit chriſtum pati ⁊ ſic intrare in ſancta glorie vt implerentur figure.

## Amaon.

Magiſter ſancte mel ⁊ lac ſub lingua tua. Et quia moralia nos plurimum delectant pariter ⁊ vitam componunt: ideo modum quẽ cepiſti obſecram⁹ ne deſeras vt de chriſto ieſu loquens: que ſũt ad mores interſeras eradicãs crimina virtutes plantans. Et quia de ſacrificijs tractaſti optam⁹ edoceas: ſi ſacrificia illa deo erãt accepta cum dicat ipſe per prophetam. Nũquid manducabo carnes thaurorum: aut ſanguinem hyrcorum potabo? Et iterum. Sanguinem agnorum et arietum nolui.

## Peregrinus.

Que ad edificationem ſũt dignum duxi aliquãdo interponere vt cum fide vera de chriſto ⁊ veſtigia eius virtutibus plena ſequi nitamini. Sacrificia autem totius veteris inſtrumẽti ex opere operante deo placuerunt ex offerẽtium deuotiõe ⁊ in gratia peracta: non autem ex opere operato ipſorum ex ſe ſacrificiorũ: que tamen electis data ſunt in ſignum ad eruditionem. Oĩa enim illa ſacrificia in lege mãdata ſignificabant rationem occiſionis animalium oblatorum hoc vnum verum ⁊ perfectiſſimum ſacrificium paſſionis et mortis chriſti: ⁊ iõ ipſa paſſiõe peracta ceſſare debent ex toto. Diſcolis autem in onus data ſũt ne idolis illa offerent: vt gentiles faciunt. Sanguis enĩ hyrcorum ⁊ cinis vitule aſperſus inquinatos ſanctificat ad emũdationem carnis vt ſcz per hec imunes ab irregularibus illis legalib⁹ libere eis pateret aditus templi materialis: ſed ſan/

guis chriſti ieſu emundat con/ ſcientias ab operibus mortuis vt ingredi valeat in templum celeſte.

## Amaon.

Tibi ad plenum ſatiſſa ctum eſt quia totum cõ ſentaneum rationi: ⁊ iõ ad alia ad libitũ progredere.

## Peregrinus.

Quia leuiticum imedia/ te nũeroꝝ ſequit̃ liber: ex eo breuiſſimam refe/ ram hiſtoriam vbi velatã cer natis chriſti paſſionem oportu nam. Cum patres veſtri circui rent terram edon ad optatam repromiſſionis patriam tẽden tes ab ignitis ſerpentibus: nõ pauci mortiferis morſibus vul nerati ſunt: ⁊ hac plaga fuere ꝑ cuſſi propter murmurationem ex eorum tedio ⁊ fatigatõe ex/ ortam: quibus preſto pijſſimus deus remedia contulit precipi ens ſerpentem eneum fabrica ri ⁊ exaltari in ligno: vt ꝑcuſſi in ipſum ſerpentẽ aſpicere poſ ſent: ſicq; ſanari. quo facto ceſſa uit interitus ⁊ ipſi ad vltra pro greſſi.

## Cleophas.

A Quodam ex ſcribis no ſtris ⁊ phariſeis nico/ demus nomine qui di/ ſcipulus erat occultus hui⁹ no ſtri mgr̃i quẽ xp̃m meſſiã aſſe/ ris ⁊ ſatis nos credere incipi/ mus audiui ego ipſum aliquã do ſibi in ſecreto dixiſſe: ꝙ ſicut moyſes exaltauit ſerpentẽ in deſerto ita ipſm exaltari opor/ tet. vt qui credit in ipſm non pe reat ſed habeat vitam eternã. Uñ ex his lʒ iconfuſo iaʒ mihi videt̃ habere figure ꝓpoſitum interpretando tñ ex te plene et trite intelligere ſpero.

## Peregrinus.

Serpens eneus ipe ẽ xp̃s nã in eo ꝙ ſerpentis for mã tenet ſerpens videt̃: ſed q2 venenũ vt ſerpentes nõ hʒ verus ſerpẽs nõ ẽ. Sic xp̃s ſilitudinem habuit carnis peti penalitatib⁹ ſubdit⁹ nr̃is famis ſitis laboꝝ ⁊ doloꝝ tentat⁹ per oĩa ꝑ ſilitudine abſq; pctõ: ſʒ a veneno nequitie aut ignorãtie ſemꝑ imunis. Exaltat⁹ aũt fuit in ligno ſerpens eneus ipe qñ poſitus fuit in cruce. Serpẽtes igniti demões ſunt qui prauis ſuggeſtionib⁹ q̃ſi morſib⁹ viru lentis tendentes ad terrã viuẽ tiũ ꝑ mũdi heremũ: vulnerare nõ ceſſant ꝓcipue dormientes

pre tedio: nam ex morſu cõmuni ſerpẽtis antiqui q̄ callidior erat cũctis animantibus terre diffuſum eſt virus malitie i ſerpentibus alijs demoniorum ꝛ concupiſcentie in hominibus vt de facili ad interitũ ſaucient ſed aſpiciens quicũq; veneno infectus: ſiue ex primo morſu originali ſeu ſcdo actuali pctī: oculo fidei intelligens plagam ſuam redditur ſoſpes quia ipm poſuit deus propitiatorem per fidem in ſanguine eius: indeq; progredi valet: ꝛ feſtinare ad illam requiem glorie.

# Amaon.

Magiſter et domine qr ſocius meus retulit ſe audiuiſſe a nicodemo vtiq; fide digno: ſemper ei diſplicuit conſpiratio noſtrorũ pontificum ꝛ phariſeorũ cõtra magiſtrum noſtrum: ꝛ multũ deuotus ad doctrinam eius ꝙ videlʒ magiſter ipſe ſibi dixit oportet exaltare filiũ hoīs de ſe loquens conſiderans quod oportet: neceſſitatem exprimit nũquid ꝛ ſi mori pro ſalute humanã neceſſarium fuit non potuit ꝛ aliter mori ꝙ̄ per hoc ꝙ exaltaretur i cruce? Mille eni modis miſeros mors capit homines vna: quare ergo potius elegit crucem ꝙ̄ alterum ex ſeculo tranſitum.

# Peregrinus.

Mi dilectiſſimi fratres ꝛ ſocij: cũ vos auidos ad diuina aſpicio ꝛ q̄daʒ pia curioſitate curioſos cũ refectione de veſtri profectu: ꝛ ad inquiſita veſtra promptiorẽ me redditis ꝛ fecundiorem ad alia. Oportuit quippe exaltari chriſtum per mortem in cruce quadam neceſſitate decenti: et vtilitate ꝙ̄plurima. Deus eni qui prenunciauit per os oīum prophetarũ pati chriſtum ſuũ in cruce impleuit ſic: nam cum falli non poſſet diuina preſcientia ex cuius libro trahunt prophete oracula ſua: vt prophete ſui fideles inuenirẽtur: neceſſarium fuit chriſtũ in cruce mori cum hoc refertur ad ineffabilẽ dei preordinationem eternaʒ. Decentiſſimũ quoq; fuit: vt vñ mors oriebatur inde vita reſurgeret: ꝛ qui per lignum vetitũ vicerat genus humanum: per lignum crucis vinceret hoſtis ille malignus: ꝛ ſic apte reparatio ruine rñderet medicinaq; morbo ſicut ꝛ venenum tiri in triacha conuerſum virus mortificat quod preſtat interitum. Omnis eni res per quaſcũq;

cauſas contrahitur mors incon
grue per eaſdem diſſoluitur: ſꝫ
per contrarium modum. Per
dulcedinem guſtus ex ligno ꝓ
hibito contractuꝫ fuit peccatū:
⁊ per amaritudinem guſtus ex
felle in cruce diſſolutū fuit atqꝫ
curatum. Cū enim aduerſarij
noſtri in aeris cāpo: diſcurrāt
inſidiantes nobis decēs qꝫ fuit
vt pugnaturus pro nobis ipſe
ieſus per mortem ad locum
accederet certaminis vbi repe
riret eoſdem in aere ſeꝫ cruceꝫ
aſcendens. Et quia purus ipſe
exiſtens: a ſuis exigit puritateꝫ
cum totus mundus eſſet immun
dus ſordibꝰ cunctis: ita ꝙ neqꝫ
aque diluuij in ſublime tendē
tes ſuper cacumina montium
valuerint purgare: ad ipaꝫ ha
bitationē noſtraꝫ q̄ ſiſtit inter
terram ⁊ aerem ſanctificādum
decuit vt crucem aſcēderet: vt
ſanguine fuſo cōſecraretur ter
ra ⁊ corpore aer: ⁊ homines lo
ca tam ſacra non audeant con
tagijs violare. Grandis via re
ſtat ad celum altaqꝫ nimis: nec
vt volucres vtūtur alis: ⁊ ideo
vtile fuit: vt quaſi quibuſdā gra
dibus ex lignis crucis ſcale eri
gerentur: vt latitudine charita
tis: longitudine perſeuerantie
profundo humilitatis altitudi
ne ſapientie aſcendamus cum
chriſto in celum. Hec enim ſūt
partes crucis ſeu dimenſiones
perutiles. Quanti ſunt chariſſi
mi qui mortis genus ꝓ iuſticia
aut veritate minime recuſarēt
at vbi horribilem ſibi viderēt
mortē parari: vt opprobria ma
xima a pio mētis propoſito re
ſilerent quod pluries compe
tum eſt: ſed nō eſt hoc perfecte
iuſticie: ſed fremat mundus ſe
uiat mundus: coruſcet armis
increpet linguis: quicqd mali
gnitatis excogitari poteſt ho
mini paret ⁊ experiri purgeat
nunqꝫ licet a veritate diſcede
re vt illa euadat. Et propterea
mortem acerrimam ⁊ turpiſſi
mam que erat omnibus ꝓpter
dedecus ⁊ penam odibilem: ꝓ
pter quod dicebatur ī lege: ma
ledictus omnis qui pendet in
ligno. mortem vtiqꝫ crucis eli
gere voluit vt non videat ama
ra quecūqꝫ ſors mortis: dūmo
do recta vita ꝓceſſerit. Poſſem
⁊ plures rationes decentie ⁊
vtilitatis oſtendere ex hoc ge
nere mortis quā chriſtus ele
git: ſed hec ſufficiant vt alia tra
ctare poſſimus.

## Cleophas.

MJ domine amātiſſime
vitta coccinea labia tua
reſtringens ⁊ colligēs

locutio tua capillos cogitatio
num occurrentium ne oculos
mentis aperiat. Et lingua tua
lignum vite. Multum autem
me mouet vltima rationum et
ſi cuncte ſint grate. Et experiē-
tia docuit recens: quod dixiſti
Nam ex apoſtolis huiꝰ noſtri
magiſtri quidam erant ita ad
eum affecti vt non recuſarent
mori cum ipſo: ſed audientes
ſibi crucem parari ꝛ multa op
probria: omēs occulti ſteterūt.

## Peregrinus.

De deuteronomio occur
rit ad propoſitū ſanctio
illa qua a domino man
datum fuit vt homicidiuꝫ per
petrans caſuale ꝛ non ex mali
cia puta cū ſocio ad nemus ten
dens vt incidat lignum ſi ferro
d̄ manubrio excuſſo ſecuris oc
ciderit ſocium nō debet inter
fici ſed vt euadat ſecurus q̄ ci
tius recurſum oportebat habē
ad vnam ex tribus refugij ciui
tatibus ad inuicem eque diſtā
tibus et ibi inquietari ab vllo
nō poterat. Non tamē redire
ad propriam ciuitatē ante mor
tem ſummi ſacerdotis. Nā tūc
liber ꝛ tutus redibat ad ꝓpria
Per maliciam occidit hō aīaꝫ
ſuam inquit ſapiens maliciam
appellans non eam que ex op
poſito diſtinguitur cōtra igno
rantiam ꝛ infirmitatem paſſio
num interiorum. Tribus eniꝫ
modis omne vitium agit: aut
enim ignorantia aut infirmita
te aut ſtudio ideſt malicia per
petratur. Et primum in graui
tate excedit a ſecūdo: ſcd̄m vō
a tertio ſuperat. Nominat igit
ſapiens maliciam omne pecca
tum: quia malum eſt a malicia
deriuatum: vel econtra. Ma-
lū aūt eſt ꝑuatio boni. Priuat
enim actū humanū modo: ſpe-
cie: ꝛ ordine. Ordine vt nō ha
beat debituꝫ finem. Specie vt
careat materia debita. Modo
propter carentiam debite cir-
cūſtantie ꝙ precipue in crimi-
nalibus reperitur. Iſtud auteꝫ
homicidium ſpirituale per er
rorem cōmittitur: propter qd̄
ait ſapientiſſimus ſalomon. Er
rant qui operantur malū. Ne-
mo enim ad malū tendēs ope
ratur. Nam ꝛ primum malum
qd̄ mala contulit omnia mūdo
totum occidens genus huma-
num: per errorem factum eſt.
Leue enim arbitratꝰ eſt adam
diuinum preterire mandatum
ꝛ facile indulgendum: bonum
enim implere deſideriū ſuum
Cuncti quoqꝫ qui perpetrant
mala: pro tunc malum illud qd̄
eligunt dicunt bonum. Q. oīa

appetūt:ve℞ vel appēs. Sicq͛ꝫ de heremo mūdi vbi q̄ſi tot ar bores ſūt:q̄t bona repiūť aliqđ ho℞ capere volens ad habēdū ſi ferrū incidens appetitus de manubrio exeat rationis:occi/ dit proculdubio animum cōſo cium corporis ſui:ſed per erro rem mortem meretur: q꞉ non obſtinata malicia vt āgelus to tum ſe vertit ad malum: ſed ꝑ errorē. Multiplex miſericor dia dei lapſis humanis ita ſub uenit vt nō deſint ſalutis reme dia:dum adeatur ad ciuitates refugij:quas tres citra iorda/ nem ⁊ totidem vltra conſtitui voluit vt prouideretur vtriſq͛ꝫ Hec ciuitatis refugij ſunt que nunc manent:fides:ſpes:chari tas:tria hec. Et licet ad inuicē eas comparādo maior ſit cha/ ritas:tn̄ in agēdo ſunt eque di ſtantes. Tantū enim qs credit quātum ſperat ⁊ amat. Tantuꝫ ſperat quantum credit ⁊ amat. Tantū amat quātū credit ⁊ ſpe rat ⁊ tātū opať ad extra. Citra iordanē vbi originať baptiſmꝰ ⁊ vltra habenť: q꞉ ⁊ an̄ baptiſ/ mū inſtitutū.ſ.in veteri teſtō ſi cut ⁊ poſtea in nouo in meſſia inchoāte nullus ab eterna mor te ſaluari valuit niſi i vna hav vina repireť cū virtutes ita cō nexe ſint vt q̇ vnā obtinet vere nulla ſibi deficiat. Nā ſine fide impoſſibile eſt aliquē placuiſſe deo. Sꝫ accedentē ad eū in ſa/ lutē ſemꝑ oportuit credere:q͛a eſt:⁊ q͛ inquirentiū ſe remune rator eſt: ⁊ ipam remuneratio nē expectare qn̄qꝫ exhibendā: ⁊ deū ſup oia:primū v̇o ſicut ſe ipm̄ diligere. Nūc ⁊ deinceps diuulgata lege meſſie ꝑ orbem quā p̄dicauit:eadē q̄dē ſed ma gis diſtincte credē oportebit. Et que illic credebāt ſieda iple ta eē i iſto meſſia ieſu fateri ne ceſſariū erit ad vitā eternam. Nec penitētia ſalutaris ab his ciuitatibꝰ excludiť: ſꝫ tm̄ qs do let de offēſa amici quātū amat. Sꝫ iā plixā iterp̄tationē duca/ mꝰ ad finē ꝑpoſiti nr̄i. Quātuꝫ qs ꝯuerſareť i mūdo fretus oi caterua v̇tutū etſi mortē nō gu ſtabat eternā:tn̄ an̄ mortē ſūmi ſacerdotis redire non poterat ad dilectā ꝑpaꝫ ciuitatē felicita tis eťne. Sꝫ imediate mortuo ip̄o q ſe i illis ꝯtutauerāt v̇tuti bꝰ liberi ⁊ letabundi ad ꝑpa re uerſi ſūt ſupna. Quis āt ſūmꝰ ſa cerdos ſit iā audiſtis ſup̄. Meſ ſias iſte almificꝰ:cui p̄s ꝯcinen do p̄ſonuit. Tu es ſacerdos in eternū ſ͛ꝫ ordinē melchiſedech Et ſic oportuit chriſtū pati ⁊ in trare in gloriaꝫ ſuam ciuitatis hieruſalē:vt nob̄ locū pararet.

# Amaon.

Spiritus eductus de lit/tera pij decreti domini ci ſuper mel dulcis: quia ꝯſi ſubtilis tamen perutilis et deuotus: ⁊ quod ex eo recepi multum refecit. Nondũ autē cõcipio ꝙ nunc ⁊ alias ſupra i ſinuaſti: genus ſcȝ humanuȝ ex vitio primi parentis totũ occi ſum per originale traductum. Nam ſi vno peccante alter pu nitur in anima: quis innocẽtie relinquitur locus: cum tu etiaȝ ſupra firmaueris illud prophe ticum verbum: filius nõ porta/ bit iniquitatem patris: intelli/ gi debere quo ad punitionem anime: ſed vnuſquiſqȝ in pecca to ſuo morietur. Certum eſt ꝙ non peccat filius qui concipit cum nondum ſit: ⁊ quod i actu non eſt agere non valere male vel bene. Parentes nõ peccãt generando: cum actus cõiugij ſine peccato valeat exerceri. Al' inſtitutor connubij deus fuiſſet auctor peccati: qui ad hũc fineȝ inſtituit quod nephas eſt dicẽ Per quas ergo rimulas itrat iſtud peccatum: vbi tot ſunt in/ nocentie preſidia: cum etiã nec ſynagoga noſtrorum ſcribaruȝ hoc doceat: nec ſchola philoſo phoruȝ hoc põnat ex paucis ꝙ vidi ex eis. Ad hoc expecto tu am ſolitam illuſtrationeȝ ⁊ ad meſſiam redibimus.

# Peregrinus.

Interrogatio tua nõ me diocris intelligentie eſt nec ad eam enodandam philoſophorum ſufficiunt dog/ mata. Ubi queriſ fides. phoꝝ argumentis vale facere: eſt ne/ ceſſariuȝ. Sed nec fides habet meritum cui humana ratio p̄/ bet experimentum: aliter non acquieſceres auditis. Eulogiũ autem illud integrum manet ꝙ dictum eſt: Unuſquiſqȝ in iniq tate ſua morietur. Neqȝ enim qui propter originale dãnatur ad penam priuatiuam alteri/ us peccato ſed ſuo punitur. Qḋ etſi non fecit: tamen contraxit quia vnum erat cum illo et in illo a quo traxit quando illud quod traxit cõmiſſum eſt. Sic enim modicũ fermentũ totam maſſam panis corrũpit: ⁊ ama/ ritudo radicis ad ramos: ⁊ fru ctus per humorem infectũ tra ijcitur ſic illud vnum ade pec/ catum maſſaȝ humane nature que tota nunc erat in eo virtua liter infecit: ⁊ in omnes qui ab eo ſunt ſcientialiter propagati deriuatum eſt. Meſſias qui di citur chriſtus ſolus euaſit: quia

in eo fuit tm̄ ſm̄ corpulentie vl corpoream ſubſtantiam: nō ſm̄ ſeminis propagationem: conceptus de virgine myſtico ſpiramine: nō ex virili ſemine. Et queadmodū manu perpetrāte homicidium vel furtū exigēte iuſticia: nō ſola ſed totus homo propter defectum pncipij motiui totius hominis ſcȝ volūtatis perimitur: ita cum participatōe ſpeciei omnes homines ſint vnus homo: in quo quot īdiuidua quaſi tot membra: adā primo principio actiuo ad motum generationis peccante totum debet puniri quod erat in eo: ⁊ ab eo per virtutem actiuā ipſius in alios propagandum. Unde omnes in adam peccauerunt. Unde rabbite nec ſpm̄ qui viuificat querunt in ſacris codicibus: nec litteram ſatis attendunt. Nā ex vbis pſalmiſte euidentiſſime hec elicere pſit dicentis. Ecce enim in iniquitatibus cōceptus ſum: ⁊ in peccatis peperit me mater mea. Et propterea circunciſio abrae data eſt ⁊ ſemini eius; non ſolū in ſignum ſed in remediū: qđ euidentiſſime oſtenditur in eo quod ait: Maſculus cuius preputcy caro circūciſa non fuerit delebitur anima illa de populo ſuo: ideſt de cetu ſanctorum. Et rationem aſſignans ſubdit: qa pactum meum irritum fecit. I. mandatum meū tranſgreſſus eſt adam: in quo tunc ipſe ſeminaliter erat. Et propterea maſculus natus ex legis edicto q̄dragefimo die ſue natiuitatis ex vtero: cum hoſtijs offerebat in templo: vt ſicut anima innocens tunc a deo creata in quadrageſimo die a prima natiuitate in vtero ſeu a principio cōceptionis ingreditur vt tēpluȝ corpus organizatuȝ ſed infectū vnde ⁊ ipſa macula originalis inficitur. Inde ſacrificijs expietur vel expiāda vel expiata mōſtretur.

## Cleophas.

Quāuis pfunda ſatis ſit materia đ originali tractata: tu tamē magiſter ⁊ domine ita enucleaſti exemplis: ⁊ auctoritatibꝰ confirmādo: vt palpabileȝ ipſam feceris veritatem. Pulſat tamen queſtio animum meum verbum ꝓphete inductum cū in plurali dicat in iniquitatibus ſe conceptum: tu autem vnum originale nunc vſqȝ aſſeruiſti cōtra cuncta a cunctis non plura.

## Peregrinus.

EXpedite reſpōderi poſſet nō inſolitum in ſcripturis plurale poni ꝑ ſingulari ⁊ ſic ibi accipi poſſe. Sed melius dicit͛ plurali numero. ideo vſum fuiſſe quia et ſi originale eſſentia ſit vnum: effectus eſt multiplex. Nam inficit ⁊ deordinat omes anime vires: rationem. ſ. ignorantia: voluntatem malicia: ⁊ concupiſcibilem concupiſcentia: iraſcibileꝫ debilitate ad bonum que quatuor vulnera dicunt͛ anime Eſt enim ipm originale priuatio originalis iuſticie. Quoddam enim donum fuit diuinitus collatuꝫ ade vt a principio humani generis ipſa originalis iuſticia in cūctos cum ſemine transfundenda eſſet: que cōſiſtebat in hac rectitudine cum gratia vt corpus ſubditum eēt ſpiritui: ſenſualitas rationi: ſpiritus creatori plene ⁊ ſine vlla contradictiōe. Hac ablata per inobedientiam ade remanet inordinatio omnium potentiaꝝ ad ſua tendentium. Et hoc trāſfunditur loco iuſticie originalis: quod originale dicitur peccatum. Ex hoc etiam habet͛ inclinatio ad omnia actualia crimina: que vtiqꝫ non ſolum plura ſed innumera ſunt que inclinatio concupiſcentia nominat͛ Et ipſa concupiſcentia originali ablato quo ad reatum: remanet actu in cunctis inclinās habitu non actu ſemper: ſed plus ⁊ minus ſm ⁊ naturalia collata: ⁊ gratuita addita et exercitia propria. Ad matrem meſſie non intendo regulam extendere traditam: forte in proceſſu ſi non deficiat tempus aliquid inducemus. Ipſa enim eſt que caput ſerpentis antiqui cōtriuit ſola ideſt concupiſcentiā caput vitiorꝫ: gratia ab vtero repleta. Sed iam ad ipſum meſſiam redeamus. Et lege moyſi euacuata ad ieſum naue manū mittamus: qui nomen meruit obtinere meſſie. Prius tamē ex geſtis ipſius moyſi chriſtum paſſum figuratum cernamus.

## Aamon.

DIſcurre quo libet. Semper enim gratiora propinas. Ex pinaculo templi nunqꝫ tantam doctrinam tanqꝫ ſapidam vt hodie ex ore tuo ſuſcepi.

## Peregrinus.

DIlectus deo ⁊ hominibus moyſes propheraꝝ excellentiſſimus veteris teſtamenti cum appropinqua-

uit ad rubum ardentē: vt apti⁹
intueretur quomodo cōtinue
ardens rubus non comburere/
tur: audiuit dominū inde ſibi
loquentem. Uidens inquit vi/
di afflictionem populi mei qui
eſt in egypto ꝛ deſcendi libera/
re eum ꝛ introducere in terrā
lacte ꝛ melle manantem. Etenī
deus ignis conſumens eſt ait
ipſe moyſes: omnem videlꝫ au/
ferens malicie rubiginē ꝛ mū/
di affectum. Rubus v̄o ſeu ſpi/
netum natura exiſtit humana
penis ꝛ afflictionibus pungiti/
nis vndiqꝫ fulta. Ignis igitur
in rubo eſt deus humane na/
ture vnit⁹ in qua ſuſtinuit pun/
ctiones penarum ꝛ obprobrio/
rum. nec tamen eſt paſſa diui/
nitas. Indeqꝫ liberatus eſt po/
pulus de ſeruitute diabolica.
Hic eſt moyſes qui cuꝫ teneret
manus eleuatas ad celum: cum
virga victoriam habuit cōtra
amalechitas. Chriſt⁹ enī ieſus
man⁹ tenens eleuatas in ligno
crucis deuicit demōes: hoſtes
populi dei. Ipſa enim virga q̄
in terram proiecta: facta eſt ſer/
pens in manu moyſi tenta: mi/
racula faciebat. Uerbum enim
crucis pereuntibus qui terra
ſunt per affectum data ſerpen/
ti in cibum: non ſolum ſtulticia
erit gentibus: ſed ꝛ iudeis co/
luber virulentus eos ſcandali/
zens. His autem qui ſalui fient
virtus dei erit lignum. Ipſa ē
aquas amaras ī dulcedinē ver/
tens: quia ſi crux chriſti ad me/
moriam reuocetur nil eſt adeo
aduerſuꝫ quod equo animo nō
tolleretur. Hic moyſes duode/
cim miſit exploratores ad pro/
miſſionis terram: vt ex vitis
fructu mirabili allate in ligno
per illos acuerentur cuncti ad
pugnandum pro eius obtentu
in lignum cum videlicet chri/
ſtus mitter duodecim apoſto/
los ſuos qui iteriori oculo hie/
ruſalem perluſtrata celeſti di/
ſcurrentes per orbem vniuer/
ſis predicabunt chriſtum cru/
cifixum qui eſt vitis vera affe/
rens vinum dilectionis quod
letificat cor hominis: in quem
ſapientes non fatigabuntur tē/
tationibus et tribulationibus
fideles animis ſuis deficien/
tes. Et quia propter ethiopiſ/
ſam in vxorem ab eo ductam
zelo inuidie ducta murmura/
uit maria lepra percuſſa eſt ad
tempus. Nam quia iſte meſſi/
as chriſtus ſponſam ſumens ec/
cleſiam de gentibus collectam
vitijs denigratam: ſed ſuper
niuem dealbatam cum aſper/
ſa fuerit aqua cum iſopo fidei
paſſionis: emulatrix ſynago/

ga detrahens et obloqui de eo non ceſſans lepra perfidie i ficietur vſqz ad ſeptimã mũdi diem quãdo reliquie ſalue fiẽt ſancte lepre recognita culpa.

## Cleophas.

De noſtre legiſlatore ſatis congratulor magna ⁊ mira audiſſe: quia ad ſapientiam eius ⁊ probitatẽ ſeveritatem cum lenitate miſcentem in iudeis nimis afficior. Sz tamen noſtri doctores atqz magiſtri docent in ſynagogis cum propheta nũcupatur ſine proprij nominis expreſſiõe de dauid eſſe intelligendum: quia ipſe maximus prophetarum. Tu autem moyſen excellentiſſimum prophetarum aſſeruiſti. Incidentem hanc queſtiunculam inſolutam oro non dimittas: vt ad meſſiam q̃z citius reuertaris.

## Peregrinus.

Moyſen excellentiſſimũ prophetarz non incongrue nec per exceſſum dixi: qr ſimpliciter cunctos antecellit. Nam cum ad complementum prophetie tria conti/neant ſcz vt videat ꝓpheta que procul ſũt a cõmuni ⁊ naturali hominum cognitione: atqz ipſa populo annunciet miraculiſqz tanqz vera cõfirmet. Moyſes iſte triphariam vidit que alij non videbant. Viſione corporali quidem: vt rubum ardentem non conſumi. Imaginaria vo quaſi ad nutũ habebat: non ſolum audiens verba: ſed etiaz loquentem videns ⁊ nõ ſolum in dormiendo ſed etiam vigilando. Vñ de eo ſcribit: Quia loquebatur ei dominus facie ad faciem: ſicut loquitur quis cũ amico ſuo. Viſionem vo intellectualem habuit clariorem eo ꝙ vidit ipſaz diuinam eſſentiã quod de nullo alio ꝓpheta dicitur. Unde i libro numeri ſcribitur. Quia palaz ⁊ nõ ꝑ enigmata vidit deum. Dauid autez ⁊ ſi per viſionem intellectualẽ diuinorum myſteriorũ copioſius fuerit: non tamen diuinaz eſſentiam clare intuitus ẽ. Sz ⁊ quãtum ad denunciationem etiã alios moyſes precellit: qa loquebatur toti populo ex perſona dei quaſi inducens ipſum ad obſeruantiã legis moyſaice iuxta illud Malachie: Mementote legem moyſi ſerui mei. In tertio etiam quo prophetia firmatur ſcz operatione miraculorum etiam moyſes ſuperior inuenitur. Unde i deuterono.

[illegible] Non ſurrexit vltra p/
pheta in iſrael ſicut moyſes q
noſceret dominũ facie ad faciem
in omnibus ſignis atqꝫ porten
tis que per euꝫ miſit vt faceret
in terra egypti pharaoni ⁊ oi/
bus ſeruis eius vniuerſeqꝫ ter/
re illius. Uiſio autem prophe/
tica dauid ex propinquo attin/
git viſionem moyſi: quantum
ſpectat ad viſioneꝫ intellectua
lem: quia vterqꝫ accepit reue/
lationem intelligibilis ⁊ ſuper
naturalis veritatis abſqꝫ viſio
ne imaginaria. Uiſio tñ moyſi
excellentior fuit quãtum ad co
gnitionẽ veritatis. Sed dauid
pleniꝯ cognouit ⁊ expreſſit my
ſteria incarnationis chriſti. Et
ideo qui ipſuꝫ dauid dixerunt
maximum prophetarum non
male ſed minus proprie locuti
ſunt. Nam maximꝯ eſt nõ ſim/
pliciter ſed ſm aliquid: ideſt q̊
ad myſteria reuelata đ chriſto
meſſia.

# Amaon.

BOne magiſter ex ſolu/
tione queſtiuncule ſocij
mei magnã queſtionem
menti mee inſeruiſti. Dixiſti e/
nim ſi recte percepi moyſen de
um vidiſſe aperte. Scio deum
mentiri non poſſe. Cum ipſe
deus moyſi poſcenti vt oſten/
deret ei gloriam ſuam: ipſe re/
ſponderit: non videbit me hõ
⁊ viuet: quo pacto videre deũ
potuit qui adhuc viuebat ĩ mũ
do? Quomodo etiam ſi deũ vi
diſſet ad aquas contradictõis
infidelis eſſe potuiſſet ⁊ deum
offendere?

# Peregrinus.

ACuta ſatis eſt inquiſitio
tua quã indiſcuſſam di/
mittere nolo. Celeriter
tamen expedire vt tempus ſuf
ficiat ad aliarum que reſtãt ſcri
pturarum interpretationem.
Uidit moyſes vtiqꝫ diuinam
eſſentiam non in ſubiecta crea
tura vel per imaginarias viſio
nes: vt iacob cũ dixit: Uidi deũ
facie ad faciem ⁊ ſalua facta eſt
anima mea. ⁊ iſaias: Uidi dñm
ſedentẽ ſup ſoliũ excelſũ ⁊ ele/
uatũ ⁊ plena erat oĩs terra glĩa
eius: ſed palam vidit vt angeli
in patria ⁊ hoc per lumen glĩe
de quo ps. In lumine tuo vide/
bimus lumen: participatum q/
dem ab eo nõ per modum for/
me imanentis: ſicut participat
ab angelis beatis: ſed ꝑ modũ
cuiuſdam paſſionis tranſeũtis
Uñ non ſequitur ꝙ fuerit ſim/
pliciter beatus. Et ideo cũ non
deficeret eſſe viator: nec etiam
per hoc nomen prophete ſibi

euacuauit. Et quia nõ ē homo
qui faciat bonum ſuper terrã ⁊
nõ peccet: qnimo ſepties i die
cadit iuſtus ⁊ reſurgit: non im
poſſibile fuit in peccatum labi
ad aquas contradictiõis: Pro
pter quod domin⁹ dixit. Quia
non credidiſtis mihi vt ſcifi/
caretis me corã filijs iſrael non
ĩtroducetis hos populos ĩ ter
ram quã dabo eis. Utrum aũt
illud mortale fuerit vel venia/
le non facile iudicandu: ⁊ ſi q
dam opinantur charitatẽ tũc
ipſum ad horã deſeruiſſe. Dñi
autem ſententia: qui fidelis eſt
in omnibus verbis ſuis: inuio
labilis manet: quia deum vidẽ
non poteſt in hoc mortali cor/
pore conſtitutus purus homo
viuens vt cõmuniter viuitur
ſcȝ ſenſibus vtens. Et ratio eſt
quia ſpiritus eſt deus abſqȝ oĩ
materia. Et cum videri nõ poſ
ſit niſi ab intellectiua potentia
neceſſe autem ſit quẽcunqȝ in/
telligentẽ fantaſma ſpeculari
que materialia ſunt: quia a ſen/
ſibus accipiuntur: ideo vtendo
potentijs ſenſitiuis non poteſt
in hac vita deus ab intellectu
hominis videri ſeu cognoſci:
nec per modum rei corporalis
qualis non eſt diuina eſſentia.
Ipſe enim deus excedit nõ ſo/
lum corpora quorum ſunt fan/
taſmata: ſed ⁊ omnem intelligi
bilem creaturam in infinitum
Sed cum intellectus human⁹
eleuetur ad altiſſimã dei viſio
nem oportet vt tota mentis in
tẽtio illuc adducet: ita ꝙ nihil
intelligat ſeu accipiat a fantaſ-
matibus: ſed totaliter alienat⁹
ab eis: ⁊ alijs ſenſibus totaliter
feratur in deum. Sic igitur nõ
viuens vita ſenſitiua ſed alie/
natus omnino a ſenſibus: ⁊ ſi vi
uiuens vita vegetatiua diuinã
eſſentiam videre potuit. Non
tamen frequenter ſed perra/
riſſime talem habuit viſionem.
Nam alias viſiões frequẽtiſſi
mas imaginarie habuit: vt cũ
legem recepit ordinata qdem
fuit per angelos apparentes ĩ
aliqua forma ⁊ dñi perſonam
repreſentantes. Huic demum
pphete ſanctiſſimo dñs dixit.
Prophetã ſuſcitabo eis de me
dio fratrum ſuorum ſimilẽ tui
⁊ ponam verba mea in ore ei⁹
loquetur qȝ ad eos omnia que
precepero ei. Qui autẽ verba
eius audire noluerit ego vltor
exiſtam. De ipſo meſſia chriſto
ibi locutus eſt dominus qui ſi/
milis fuit moyſi i genere: ideſt
homo ſicut moyſes: ſed nõ pu/
rus hõ vt moyſes: legiſlator vt
moyſes: ſed ille legem timoris
Iſte legem amoris dedit. Lex

illa moyſaica dicit lex mortis:
lex huius euangelica lex vite ⁊
ſpiritꝰ. Propheta fuit moyſes
procul videns cõmuniter. Etſi
ad horam prope ⁊ clare vidẽs
propheta chriſtus eſt inquãtuʒ
viator cum erat mortalis annũ
cians que procul erant a cogni
tione hominuʒ occulta cordiũ
⁊ futura. Sed quia comprehen
ſor erat: ideo non obſcure: vt ꝓ
phete ſed limpidiſſime omnia
in verbo videbat ⁊ cõtinue ha
bens non ſolum ſapientiam di
uinam inquantum deus ſed et
ſcientiam beatoruʒ poſſidebat
anima eius: ac etiam ſcientiam
inclitam vt angeli ⁊ primꝰ hõ
in creatione eoruʒ a principio
ſue conceptionis ⁊ adeo eminẽ
tem vt in ipſo augeri nõ poſſet
Quantum ad ſcientiam experi
mentalem ex his que paſſus ẽ
didicit vt miſericors fieret.
Suſcitatus fuit iſte ꝓpheta de
medio fratruʒ: quia de genere
iudeorum miraculoſe cõceptꝰ
eſt ⁊ natus. Et ſermonem quẽ
ab eo audiſtis vos ⁊ alij nõ ſuꝰ
erat ſʒ eiꝰ q miſerat pr̄is. Uñ re
ſtat ꝙ q ñ audiet eũ credẽdo ĩ
eum a dño exterminabitur.

# Cleophas.

Ita videt ꝙ itellexerint
aliqñ turbe que colloq̃-
bant iſtũ xp̄m eẽ illum
prophetã ꝓmiſſum: vñ vociſe-
rabant hic eſt vere ꝓpheta qui
venturus eſt in mũdũ ⁊ ꝓpha
magnus ſurrexit in nobis.

# Peregrinus.

Ad ieſuʒ naue dirigemꝰ
ſermonẽ vt ⁊ ĩ eo cerna
tis qꝛ oportebat chriſtũ
pati. Hic ieſus naue a dño prin
ceps ꝓpli ſui peculiaris inſtitu
tꝰ mortuo moyſe legis antiq̃ la
tore q̃ vmbra extitit futuroꝝ bo
noꝝ tipice ẽ xp̄s ieſus: quẽ deꝰ
ꝑncipẽ poſuit ⁊ ſaluatorẽ mũdi
ipmq; dedit caput eccl'ie ĩ mẽ-
bra influẽs vitã ſenſuʒ ⁊ motũ
ſpiritalẽ legalibꝰ ad ſepulchrũ
cũ honore deductis vt robora
ti ex eiꝰ xp̄i pñtia accingantur
ad ꝓelia: qꝛ nõ eſt hominibus
colluctatio carnis ⁊ ſanguis: ſʒ
aduerſus ꝑncipes ⁊ ptãtes ad
uerſus mũdi rectores tenebra
rũ haꝝ ꝯ ſpiritalia neqtie in ce
leſtibꝰ. Iſte ieſus verus ꝑ fluui
uum iordanis aq̃ baptiſmalis
quã ipm itrãs ſanctificauit: nõ
emũdationẽ qua nõ egebat in-
de recipiẽs ſed regenerationẽ
ſpũs ei conferens oẽs milites
ſuos ꝑ ipm trãſuerit: aquas iſe
riores falſe ſcie ⁊ erroꝝ ibi ad
nihilũ ducẽs: ſupiores vo ſapie
ſalutaris ad ſublimia ꝓmouẽs
archa federis ĩ medio firmata
dũ tranſiret vniuerſus ꝓplus

quem ipſum eundem ſignificat
dominū ieſum. Nam lignū im
putribile ſethim: ex quo fuerat
archa formata quid aliō q̄z ei⁹
corpus qui nō vidit corruptio
nem ex matris puriſſimis for/
matum ſanguinibus? Que itro
erant inſinuabit animam ſan/
ctiſſimam: veritatem legis: mā
ſuetudinem ſeu dulcedinē mā/
ne: & virgam iuſticie continen
tem. Erat autem intus & extra
auro operta: quia actus iterio
res & exteriores ipſius ſunt p/
fectiſſime dilectionis? Propi/
tiatoriū autem quod arche pre
eminebat confixa manebat di/
uinitas eſt eius: qua propitiat
iniquitatibus plebis. Hec igit
archa deifica in aquis firmat
dum populus transit: quia hic
eſt qui baptizat interius. Lapi/
des duodecim firmiſſimi ad/
ducuntur & educuntur exinde
a duodecim ſtrenuis viris: qa
duodecim articuli firmiſſime
veritatis fidei ibi reddent ab
edoctis: & inde erudiuntur in/
docti: quos colligent apoſtoli
duodecim huius meſſie. Ipſe
ieſus tranſito iordane qnq̄z re
ges inter ceteros cruci affixit:
vbi claruit prodigium ſolis et
lune: quādo videlicet qnq̄z ſen
ſus qui hominē regunt i terra
cruci affixos tenuit et afflictos
viſum videlicet ex irriſionum
aſpectu: auditum ex contume/
liarum relatu: guſtū ex felle po
tatum: odoratum ex fetore ini/
bi cadauerum: tactuz non ſolū
in manibus vbi magis viget q̄z
per totum attritum. Hi ſunt p̄
me radices vitiorum cum oīs
noſtra cognitio ortum habeat
a ſenſu & a cognitione appetit⁹
accipiat ſuum obiectum vbi lu
minaria celi tantam feritatem
ac ſeuitiem contra ſuum actorē
non ferentes ſe abſconderunt:
in hoc etiam inſtruens qui xp̄i
cupiunt milites eſſe: carnē ſuā
crucifigere cum ſenſibus & con
cupiſcentijs ſuis. Demum iſte
ieſus validiſſimo hierico mu/
ros poſtq̄z ſacerdotalibus tu/
bis funditus euertit mutabilis
ſcz mundi vitiorum alta edifi/
cia & obſtinatiſſima ſuorū diſci
pulorum predicationibus ad
nihilum duxerit exercitus ſu/
os fidelium qui legitime certa
uerint terram promiſſionis i/
troducet vnicuiq̄z tribuēs par
tem ſm opera eius eliminan/
tis & exterminatis prius ex il/
lis qui ibi fuerūt gigantes no/
minati ſtatura magna ſcientes
bellum quos non elegit domi/
nus ſpirit⁹ ſcz apoſtaticos. At
ſiquis fidelium cōtra interduz
de mundi theſauris erariū vel

parum tulerit etiã occulte: ieſu vo occultari non poterit:ſʒ ve/ luti achoꝛ q furatus eſt de ana themate hierico pauca quedã coꝛam omnibus ſententialiter manifeſtat⁹ exterminabit a po pulo dei. Habetis ergo ꝓpoſi/ tũ quomodo opoꝛtuit chꝛiſtuʒ pati: vt intraret cum ſuis gliaʒ ſuam repꝛomiſſionis terram.

## Cleophas.

Auribus noſtris audiui/ mus ex te dñe mi venerã de Jeſu naue magnalia geſta ⁊ maioꝛa ibi ſigta de meſ ſia ieſu: ⁊ exultauim⁹ ⁊ delecta ti ſumus non modice. Sed titi lari ſentio deſideriũ meũ ſcire ⁊ illð quod exiſtimo ibi latere myſteriuʒ quãdo magnanim⁹ ille ieſus inſidias poſuit cõtra habitatoꝛes hay: ⁊ quaſi timẽs fugam ſimulauit terga vertẽs hoſtibus ſuis. Poſt pꝛo ſigno dato militibus ſuis ſcutũ ſuum erexit illis indicans vſqʒ ad in tentionẽ omnes foꝛe delẽdos.

## Peregrinus.

Dum ergo cariſſimi ad alia feſtino qꝫ plura ex bꝛeuitate poſtpono: ⁊ qꝛ vos vidi quaſi metentẽ ſequen tes: ſpicas colligere derelictas in agro ſcripture: etiam ex in/ duſtria aliqua intacta vobis di mitto: vt minus egeat inopia veſtra ſicut ⁊ optim⁹ ille booʒ vnus ex meſſie patribus. Ruth moabitiden quã poſtea duxit vxoꝛem ſuis fieri mãdauit. Ex recollectis autem ex vobis ſpi/ cis ne ariſte ĩpediant volo gra na nuda excutere latentis ſpũs vt vtilius ⁊ delitioſi⁹ edere va leatis. Sane ſicut habẽti inſtũ bellum coꝛpoꝛale vti inſidijs ꝯ hoſtes ſuos: nec contra fas: nec cõtra ius eſt ita in ſpirituali pu gna quã ſemper iuſtiſſimã ha/ bemus contra nequitias infer ni: quia auferre nos: ⁊ noſtra ĩ quietare non ceſſant: vt aggre/ gẽt ſibi: iſidias ponere liciti ſſi mum eſt: videlicet occaſiones maloꝝ vitare vt timidos virtu tes occultare quaſi imbecilles ⁊ ardua ad tempus fugere. Cũ autem vehementer vrgent vi/ ctoꝛiam expectantes: tũc ſcuto crucis erecto debẽt milites dei viriliter dimicare eis reſiſten do ⁊ oꝛationibus: ieiunijs: ele/ moſynis: exhoꝛtationib⁹: lectio nibus: ſacramentis impugnan do eoꝛum oĩa demoliri. Qð egregie ĩ facto docuit iſte meſ ſias. Nam potentia ſua pcuſſit ſuperbum leuiathan capiẽs hõ deitatis hũana mõtalitate eſca to. Unde ⁊ frequẽter tanqꝫ im

becillis timebat mortē: pſecu/ tores fugiebat: ambulabat i ga lilea: dimiſſa iudee ꝓuincia: qꝛ volebant euꝫ iudei interficere Ex itinere fatigatus ſup fonteꝫ ſedebat: potum poſtulans a mu liere ⁊ hec ꝙꝫ plura vt ſic cela/ ref diabolo ſue diuinitatis ro/ bur. Demū cum extimauit mū di princeps ſe eſſe victorē: ſcu/ to crucis erecto captus fuit et deſtructus inimicus.

# Amaon.

O Utinam dies iſta ꝓten/ deretur in dupluꝫ ſicut factum eſt oratione ip/ ſius ieſu naue: cuꝫ aduerſarios inſequeref: vt hiſtoriales oēs ⁊ prophetales codices: nec nō ⁊ ſapientiales diſcurreres. Nā que tenebroſa eſt aqua in nubi bus aeris: vmbraticis verbis ſcientia tua ⁊ interpretatiōe vt criſtallus clareret. Jam vt pla cet ad alia progredere.

# Peregrinus.

Ex iudicum libro qui ſe quitur Sanſon ille for/ tiſſimus in mediū ve/ niat: qui ab aliquibus hercules eſt ſuſpicatus ⁊ falſo cū ſanſon ex circūciſione ſanctiſſim⁹: ille ex preputio impius ⁊ imitiſſi/ mus. Hic igitur ſanſon annun/ ciatus ab angelo matri: ⁊ qdeꝫ etiam patrem nō latuit poſtea ex matre ſterili miraculoſe na/ zareus fuit abvtero matris ſue ideſt domino conſecrat⁹. Que omnia meſſie conueniunt: ſed explicare non curo. In iuuētu/ te autem ſua in deſerto leonem ſpiritu dei occidit parentibus celans: ſed mel in ore eius reg tum comedens parentib⁹ par tem tribuens. Tanꝙꝫ leo q cir/ cuit querens quē deuoret: ad/ uerſarius diabolus eſt: quem ī deſerto chriſtus occidit dū ei⁹ rabidas tentationes ſuperauit Ego eni vt alias dixi deo ope/ rante omnia eius opa ad liqui dum noui. Unde ⁊ multa vob occulta reuelo. Et ſi fuit ignotū parentib⁹ ſuis: fructu tū illius victorie tanꝙꝫ mel dulce ſe ⁊ ꝓ pinquos non paꝝ refecit. Pro ſtrauit ſanſon mille ex alophi/ lis mādibula aſini vltra alios p ſe occiſos: qꝛ ſimplici doctri/ na diſcipuloꝝ plures iteremit in mentibus audientiū demo/ nes: vel vitia ⁊ innumeros ſub/ ruet cum diſcurrent per orbeꝫ. Et ex illa maxilla ī terrā ꝓiecta fons ideficiēs egredief ſcriptu rarum exponentiū doctrinam illoꝝ ſimplicē poſtꝙꝫ p mortem ad terram deſcenderet. Hic mu/ lierē diligens meretricē in ci uitatem eius deſcendens ibiqꝫ quieſcēs dū gaudētes philiſtei

ſe putarūt captū tenere: noctis medio fortiſſimus ſurgēs: non ſolū teneri nō potuit: ſʒ portas cū vectibus humeris ſeret: ciui tatem exiuit montana aſcēdēs. Sic xp̄s naturā nimis huma/ nā diligens: que meretrix erat fornicata cū amatorib⁹ multis idolorꝝ ⁊ creaturarꝝ vt inuehit deus p̄ Jer. ꝯtra ipam ad peni tentiam vocās deſcendit ī mū dū. Ibi demū quieſcens p̄ mor tem cuʒ inimici eius iudei vel demones exultarēt inimicum arbitrantes ſuū detineri a mor te ī infimis terre hac nocte me dia ſurrexit fortiſſim⁹ ⁊ confra ctis portis eneis cū ferreis ve/ ctib⁹ in ꝯfuſionē inimicorꝝ ad montē dn̄i cito aſcendit. Ama uit precipue dalidā: cū qua ē et diu ꝯuerſat⁹: vt infidelis ⁊ peſ/ ſima dedit eū in manib⁹ inimi/ corꝝ ⁊ infideliū a qb⁹ cecatus ⁊ vinculatus. Tandē ſeip̄m occi/ dens ipſis hoſtib⁹ plures ſtra/ ges dedit moriēs: q̄ʒ fecerat vi uus. Synagogā eni dilexit m̄t tū in ea cōuerſatus cōtinue nil ei tenens occultū. Sed vt ꝑdi/ trix ⁊ terrenorꝝ amore deuicta ad occidendū dedit in manus infideliū: pilati. ſ. ⁊ ſuorꝝ a qbus victus illuſus ⁊ q̄ſi ignorantia cecus iuxta illō ps. Cōgregata ſunt ſup̄ me flagella ⁊ ignora

ui. Se tradens in mortē inimi cos ppl̄i ſui occidit ſicq̄ʒ ppl̄m ſuū liberauit. Oportebat ergo xp̄m pati vt ex liberatiōe ſuorꝝ glorioſus efficeretur.

# Cleophas.

Arguratū venerꝯ pluri mū: ſed figura in cūctis ꝑtib⁹ ſuis fere ꝑturbor q̄ mō vir ille ſanſon ſi ſanct⁹ fue/ rit valuerit licite ad meritricē accedē ⁊ ſeip̄m occidē ac men dacia plura dicē: cū oīa ꝯ deca/ logū dn̄i r̄piant vxorē q̄ʒ alieni genā ducē in lege nō admittat̄ Quāuis eni ad bonū egerit fi/ nē vt ſe occidēt: nō tn̄ reor ma/ la facienda vt veniant bona.

# Peregrinus.

Quam ſuauis fuerit doctrina huius noſtri magiſtri nos teſtes ſumus ⁊ turbe que pre dulcedine eius aliquando triduo ſuſtinebant eum in deſerto non habentes quid manducarēt quēꝗ rationabilis docens vtilia tu īſinuaſti. Tria tamē ſunt que ſtuporeꝫ inducunt circa doctrinaꝫ ipſaꝫ Primum eſt quare gentilibus non potius elegerit predicandum vtpote magis paratis ad eam ſuſcipiendam: vt patuit in quibuſdam a nobis ⁊ conſociis viſis Centurione Cananitide ⁊ Samaritana cum ſiccittimis ⁊ plurimis. Finis eniꝫ mores inſtruentis eſt vt flectat. Aliud eſt non minus admiratiōe dignum. Nam cum doceret ſcandalum proximorum euitandū adeo vt diceret: ve illi per quē ſcandalum venit: expedit eniꝫ ei, vt ſuſpēdatur mola aſinaria in collum eius ⁊ demergatur ī profundum. vnde ⁊ ipſe cū nō teneretur didragma a tranſeūtibus debitum ſoluit per quendam ex ſuis diſcipulis ſtatereꝫ ſcilꝫ quē miraculoſe inuenit in ore piſcis hamo eiꝰ iuſſu de mari educti ne exigētes illud ſcandalizaret. Non viſus eſt curare ſcandalum ſcribarum ⁊ phariſeorum: quod ſciebat eos habē de doctrina eius. Poſtremum eſt quare non ſcripſit tam magnificam neceſſariam ⁊ ſalutiferam doctrinam cum ꝓphete qui ei equari non poſſunt: ſcripto mandauerint ſuas ꝓphetias ⁊ moy. legem vt taceamus de his ethnicis qui libros impleuerunt ſuis ſcientiis. Sicut ariſtoteles ⁊ plato cum ceteris

# Peregrinus.

Inquiſitiones tue o cleopha humane ſunt ⁊ ideo rationē exigunt vt menti ſatiſfiat ne ſuſpenſa remaneat ⁊ in promptu occurrit. Nā quan

ſum ad p̄mam cum meſſias q̄ dicitur chriſtus fuerit datus a deo miniſter circūciſionis.i.p̄dicator iudeorū propter veritatem dei ad confirmandas p̄miſſiones patrū: decuit vt p̄us ipſe ⁊ diſcipuli eius iudeis predicaret. Sic enim oſtenſum eſt per predicationem ſuam eis factam impleri promiſſiones fa/ctas antiquitus iudeis nō gentilibus. Dicit enim p̄s in pſona eius: Ego conſtitutus ſum rex ab eo ſuper ſyon mōtem ſanctū eius vbi.ſ.cōmuniter docebat: quia ibi erat templū predicās preceptum eius. Exinde que a deo ſunt: ordinata ſunt. Hic aūt eſt debitus ordo diuine ꝓuidētie: vt diuina ⁊ ſpiritualia tra/dātur per viciniores deo alijs magis remotis ſicut īferiores angeli illūminantur p̄ ſuperiores: et per inferiores angelos: homines. Ut ergo aduent⁹ xp̄i oſtenderetur eſſe a deo exigebat hoc debitus ordo vt iudeis qui erāt deo propinquiores p̄ fidem ⁊ cultum vnius dei p̄us doctrina chriſti preponeretur: ⁊ per eos quo ad apoſtolos et alios conuerſos ex eis ad gentes tranſmitteretur. Demū cōueniens fuit ſic fieri vt iudeis auferreretur calūniandi materia. Oportuit ergo p̄us chriſti

aduentum nunciari iudeis: ne iuſtam haberent excuſationem dicentes: ſe ideo non recepiſſe eum: quia iuiſſet vel miſiſſet diſcipulos ſuos ad predicandū gentilib⁹ ⁊ ſamaritanis. Uerū ⁊ſi decuit prius chriſtum ⁊ diſcipulos predicare iudeis: non tamen debuit omnino gētiles repellere: ne ſpes ſalutis eis p̄cluderetur. Et proter hoc aliq̄ gentiliū particulariter ſunt admiſſi propter excellentiā fidei ⁊ deuotionis eorū: quos nominaſti ⁊ figurādūm gentilitatis conuerſationem cum maiori fide ⁊ deuotione q̄ȝ habuerit populus iudeorum. Unde Iſa. loquens in perſona patris ad filium.ſ. dn̄m chriſtum ieſum inquit: Parum eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus iſrl̄ ⁊ ſedes iacob cōuercendas. Dedi te in lucem gentium vt ſis ſalus mea vſqȝ ad extremū terre quod fiet per diſcipulos ſuos.

Quantum ad ſecundam inquiſitionē de ſcandalo.ſ.in doctri/na xp̄i. Scitote q̄ bonū q̄nto cōmuni⁹ tanto diuinius. Cum ergo ſalus multitudinis ſit preferenda pauci quorūcūqȝ ſingularium hominum: quando aliqui ſua peruerſitate ſalutē multitudinis impediunt: non eſt timēda eorum offenſio ⁊ ſcanda

lum a predicatore ⁊ doctore ad hoc ꝙ multitudinis ſaluti prouideatur. Scribe autem ⁊ phariſei ⁊ principes iudeorum ſua malicia ſalutē populi plurimū impediebant: tū qnia repugnabāt doctrine chriſti per quam ſolam poterat eſſe ſalus: tū qa prauis ſuis moribꝰ eam corrūpebant: mala exempla vite ſue eis dando: tum quia et ſcripturas pertinentes ad mores male exponebant. Et imo dominꝰ non obſtante offenſione eorū: publice veritatem docebat quā illi odiebant ⁊ eorum vitia arguebat. Quāuis enim ipſi ſcribe ⁊ phariſei non proficerent ex hoc: hoc tamē bonum ſequebatur: quia cum illorū vitia populo innoteſcebāt minus auertebātur a doctrina chriſti ſalutifera propter verba ſcribarū ⁊ phariſeorum qui ſemper obſiſtebant doctrine eius. Qđ aūt dominꝰ dixit ſcandalum cauendum fore: ſic intelligendum eſt vt nullum dictum vel factū fiat ab homine minus rectū ꝙ det alteri occaſionē ruine ſpiritualis: quod chriſtꝰ optime ſeruauit. Unde ipſe non ſcandalizauit aliquem: ſed ipſi ex malicia ſua ſcandalizati ſunt ex bono: vnde debuerant edificari. Qđ ſcandalum ſimile phariſeorū: quia ex malicia procedit nō eſt curandum: ſed ſcandalum puſillorum cum procedat ex ignorantia vel paſſione ſedandum eſt vel auferendum: non tamē vt veritas vite deſeratur. Porro de ſcriptura doctrine eius ſcire debetis ꝙ non fuit conueniens chriſtum ſuam doctrinā ſcribere. Primo quidem propter dignitatem ipſius. Excellentiori enim doctori excellentior modus docendi debetur. Et ideo chriſto tanꝗ̄ excellentiſſimo doctori hic modus cōpetit doctrinam ſuam auditorum cordibus imprimeret: qđ efficacius fit verbo ꝗ̄ ſcripto. Habet enim quid latētis energie viue vocis actus: et de ore magiſtri in aure diſcipuli trāſfuſa fortius ſonat. Unde ⁊ apđ gentiles excellentiſſimi qdam doctores vt pitagoras ⁊ ſocrates nihil ſcribere voluerunt. Secundo fuit hoc magis conueniens propter excellentiam ipſius doctrine chriſti: que tanta eſt vt litteris comprehendi non poſſit. Nec enim mundus capere poſſet eos: qui forent libros ſcribendi propter hominum incapacitatem ad tantam doctrine profunditatem. Si

autez christus scripto suam do
ctrinam mandasset nihil alti/
us de eius doctrina homines
estimarent eo quod cōtineret
eius scriptura. Tertio fuit expe
diens vt quodā ordine doctri/
na eius ad omnes pueniret: dū
ipse ĩmediate discipulos per se
verbo docuit: qui postea alios
verbo ⁊ scripto docerent. Si āt
ipsemet scripsisset ĩmediate ei⁹
doctrina ad omnes peruenissꝫ
Unde ⁊ de sapiētia dicit̃ puer.
Qui misit ācillas suas: idest di/
scipulos predicatores humiles
corde: fecundos opere: vocare
ad arcem. s. patrie supne alios
predicatiōe ⁊ scriptura. Et lex
quidem vetus quia in sensibili
bus figuris dabatur cōuenient̃
sensibilibus signis scripta fuit.
Sed doctrina christi est lex spi
ritus ⁊ vite. Et ideo non atra/
mento sed spiritu dei viui scri/
bi debuit in cordibus hominū.
Siqui autem exurgent asserē/
tes christū libros scripsisse fal/
sissimum esse noueritis. Et q̄a
doctrina quide, fallax: vt here
ticorum: aut impudica vt ĩmun
dorum: aut cum inuidentia ha
bita: que conditiones quia ma
le sunt odiunt lucem vt non ar
guantur opera eius. Ideo talis
traditur doctrina cōmuniter ĩ
occulto. Sed doctrina christi
veritate fidelior: honestate mū
dior: charitate feruentior fuit.
Hinc est ꝙ palā locutus ē mun
do ⁊ ĩ occulto locutus est nihil
vt merito dicere posset illud sa
piētis: Sine fictiōe didici hāc
scꝫ sapiētiam ⁊ sine inuidia cō/
munico ⁊ honestatē illius nō
abscondo. Didicit autem xp̄s
inquantum homo accipiens sa
pientiam a deo ab initio sue cō
ceptionis. Et hanc sine fictione
mixture alicuius falsitatis: vi/
sus est autem loqui in occulto:
inquantum loquebatur turbe ĩ
parabol̃ vt de seminātē ⁊ aliis
que cuꝫ essent sub metaphoris:
populis earum sensus erat oc/
cultus sed hoc propter incapa/
citatem eorum ⁊ indignitatē:
quibus etiam melius erat vel
sic sub tegumento similitudinū
doctrinam audire spiritualiuꝫ
q̄ꝫ omnino ea priuari. Illarum
tamen parabolarum nudam ⁊
apertam veritatem discipulis
ipe magister tradebat: vt remi
nisci deberis per quos ad alios
tempore suo deueniret. Unde
nec in occulto dici potest illa
edocta: que coram pluribus di
scipulis disserebat ⁊ per eos in
alios deriuāda Sed nec latere
vos volo quales esse debeant
rectores qui populos habēt in
struere. Hoc enim ipse exp̄ssit

In ſermone in monte formato dum eos aſſeruit ſal terre ciuitatem ſupra montem poſitam ⁊ lucem mūdi per hec innuēs in eis eſſe debere ſal ſapientie ⁊ diſcretionis: ciuitatem beniuolentie ⁊ perfectionis lucem modeſte conuerſationis. Cecus enim ſi ceco ducatum preſtat qd inde expectari valet: niſi vt ambo in foueam cadant? Qui diſcipulus veritatis fieri non vult ſapientie vacādo oportet ꝙ docendo magiſter inueniat erroris. Inter ornamēta primi ſacerdotis aaron iuſſit dn̄s fore ⁊ precipuum rationale ante pectus ipſius in quo textura erat inſcriptum: que ꝑmaxime de omnibus traditur in ſacris oraculis: Nam contra ignorantez inuehit dn̄s per Oſee dicens. Quia tu ſcientiam repuliſti et ego te repellam ne ſacerdotio fungaris mihi. Et quia diſcretio eſt mater virtutum ſignata per ſal maxime ea vti oportet i traditione doctrine. Sine ſale enim diſcretionis: nunꝙ̄ deo ſacrificium extitit gratum humane actōis. Propterea ⁊ ipſe magiſter diſcipulis dixit mittens ad predicandum. Habete ſal in vobis ⁊ pacem habete inter vos. Uerum ſi liguis hominū loquatur quis ⁊ angelorū charitatez autem non habeat: erit velut es ſonans aut cimbalum tinnens ſe ꝯſumēs: alijs cōiter ſonum faciens auribus ad demulcendum non cordi ad flectendum. Debet ergo mens ꝓſidētis eſſe ciuitas que dicitur ciuium vnitas. In anima enim rationali tanꝙ̄ multi ciues ſūt plures eius potentie: per quas operatur que debent vniri in vnum ⁊ dirigi. Unum ſimpliciter ſolus eſt deus. Nam om̄is creatura etiam celeſtis multiplex reperitur ſaltem veritate cogitationum ſibi inuicem ſuccedentium ⁊ affectionū. Om̄is igitur potentia actum ſuum in deum dirigat vt in finem: ⁊ tūc erunt vnite in vnum ꝑ charitatis beniuolentiam. Hoc impletur. Nec ſufficit cōmunis dilectio: ſed ſita ſit ſuper montem eminentis perfectiōis: vt tāꝙ̄ bonus paſtor ponat aīaz ſuam cum expedit pro ouibus ſuis. Maiorem autem charitatem nemo habet vt aīam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Perfecta enim charitas foras mittit timorem qui mercenarium fugare cogit: ideſt tacere cū lupum vidit: ideſt diabolum vel tyrannum: vel perniciosūz eius gregem inuadentem. Sicut ergo ſaul electus a dn̄o ad regen

dum populum ſuũ cunctis emi-
nebat ab humero ſurſũ:ita cũ-
ctam plebem precellere debet
rector in ſanctitate ⁊ perfectio
ne virtutum. Nempe quia cha
ritas etiam perfecta principali
ter in voluntate locatur que vi
deri ab hominibus non poteſt
imo ⁊ lucem ſe debet alijs exhi
bere per conuerſationem exte
rius deuotam pariter ⁊ mode
ſtam:vt omnia ad edificationẽ
fiant cuncta honeſte ⁊ ẜm ordi
nem ab omni ſpecie mali abſti
nendo. Scire etiam debent p-
lati ſi vnq̃ delinquunt quoniã
tot morib⁹ digni ſunt q̃t exẽpla
pditiõis ad poſteros tranſmit
tunt. Lucebit nõ parum ſi lum-
bos pcingat caſtitatis baltheo
ſi colliget de ſpinis perſecutio
num vuas beneficentie:⁊ de tri
bulis aduerſitatũ ⁊ tribulatio
num ficus dulces patientie et
equanimitatis:ſi cum ſamarita
na idriam cupiditatis dimit-
tat penes puteum altum mun
dane vanitatis:ſi cum baptiſta
ioanne predicatore non molli
bus veſtiatur:ſed habeat victũ
⁊ veſtitum. his contentus per-
maneat. Hec docuit ⁊ fecit ipſe
meſſias chriſtus ⁊ imo ipe ma
ximus in regno celorum. Qui
autẽ docuerit quantũcũq; emi
nenter ⁊ ea nõ fecerit minim⁹
vocabitur in regno celorũ mi-
litantis eccleſie. Quia ⁊ſi in ali
quo nomine ⁊ opinione: tamẽ
paruus propter defectum vir-
tutum. In regno celorum pagi
ne ſacre minimus propter de
fectum ſapidi guſtus:⁊ſi multũ
acutus. Sed in regno triũphã
tis eccleſie minimus: ideſt nul
lus quia erit ab eo excluſus. Sz
hec tria videtur notaſſe ſimul
pſalmiſta cum ait: Nunc reges
qui .ſ. vos ⁊ alios habetis virtu
tibus regere:intelligite ⁊ eru-
dimini qui iudicatis terram .i.
eccleſiam ſeu homines. Intelli
gite .ſ. ſcripturas ⁊ erudimini:
vt diſcerete doceatis quo ad pri
mum. Seruite domino i timo-
re .ſ. filiali qui procedit ex dile-
ctione:deo mentem ſubijciente
non timore ſeruili qui non eſt i
charitate. Unde ſubdit: Exulta
te ei cum tremore. Timor ſerui
lis non facit exultare ſed triſta
ri quia penam habet:quantum
ad ſcdm. Nam p tertio addit:
Apprehendite diſciplinam ne
quãdo iraſcatur dominus: hec
ſcz non faciendo. Diſciplina ãt
eſt quedam debita compoſitio
morum exteriorum:qua qs lu-
cet alijs. Sed quia doctrina et
maxime miraculis cõfirmatur
imo vobis intendo ãmodo de
miraculis huius meſſie diſſerẽ
quorum plurima voſipſi potui
ſtis videre oculata fide. Nullũ

autem eorum me latet deo operante.

## Amaon.

Hec auidiſſime optam⁹ audire vt cũ ſtupore reminiſcat ⁊ gaudium perceptum in operatione eoꝝ: qđ tantũ extitit vt clamare vrgeremur cuꝫ turbis: Hic eſt vere propheta qui venturus eſt in mundum: ⁊ quia deus viſitauit pplebem ſuam Sed quia in paſſione ſubtracta ſunt: ꝓpterea fides ad eius deitatem ſatis dormitauit: ſed aliqua[illegible]tulum tuis magnificis eloquijs euigilaſſe ſentimus.

## Peregrinus.

De ſequentib⁹ ſignis deo cooperante ad ſermonẽ eius vaticinatus eſt pſalmiſta cum ait: Miſit ſagittas ſuas et diſſipauit eos: fulgura multiplicauit ⁊ cõturbauit eos Ubi notat primo propheta doctrine chriſti conditionem cuꝫ dicit: miſit ſagittas ſuas: ſecũdo eius doctrine operationem cũ ſubdit: diſſipauit eos: tertio ipſius per miracula confirmationem: quia fulgura multiplicauit ⁊ ꝯturbauit eos. Et quantũ ad pmum verba chriſti fuerũt vt ſagitte miſſe ex arcu oris diuini: vbi eſt cõſiderare ⁊ lignũ durum ſeueritatis ⁊ cordã mollem benignitatis. Erant illa verba ſacratiſſima: vt ſagitte alte volãtes qꝛ velocit currit ſmo ei⁹ inqt ꝓpha Et q̃les fuerit ipe ſagitte idẽ ps. oñdit alibi dicẽs Sagitte potẽtis acute cum carbonib⁹ deſolatorijs. Dicunt aũt potẽtis iſte ſagitte: qꝛ a potẽte emiſſe. Quis. n. ei reſiſtẽ valet? Ab oĩpotẽte fuerũt miſſe iſte ſagitte qꝛ a deo miſſus fuit ad ꝑdicãdũ: vt pdixit Iſa. ꝓpha dicẽs in pſona ei⁹: Spũs dñi ſup me: eo ꝙ vnxerit me. ſ. vnctiõe gr̃e ⁊ ĩmo ad euãgelizãdũ pauperib⁹ miſit me. Erat docẽs cum magna auctẽ q̃ſi ptãtẽ hñs ⁊ ñ ſicẽ ſcribe ⁊ phariſei. Uñ ⁊ legẽ aliqñ i cerimonialib⁹ ſoluebat tãgẽdo leproſũ tãq̃ ptãtẽ hñs ſup eã ⁊ eã i obſcuris ĩterptãs. Acute erãt qꝛ efficacit cordib⁹ iñgebãt penetrabili⁹ oĩ gladio ancipiti vſqꝫ ad diuiſionẽ aĩe ⁊ ſpũs ptingẽtes. Ex maximo. n. amore ꝓcedebãt. Eſt aũt amor ſtimulus ſupacut⁹. Acute. i. feruent ꝓferebat: ita vt ĩ tẽplo aliqñ clamãtẽ audire potueritis. Siqs ſitit veniat ad me ⁊ bibat Corda vulnerabãt dolorẽ ⁊ amore. Nõne mẽte retinetĩ mariã illam peccatricẽ ſꝫ penitẽtem. Matthcũ publicanũ theloneũ

differentem. Samaritanam lu
bricam illum predicantem? Et
vnde niſi quia miſit in illis ſa/
gittas ſuas verborum. Seque/
bantur ſagittas carbones deſo
latores: ideſt vaſtatores ideſt
exempla vite ipſius chriſti per
fectiſſima propter que dicebat
Ego ſum lux mundi: qui ſequit
me non ambulat in tenebris: ſꝫ
habebit lumen vite ſpiritualis
omnium ex me exempla virtu
tum. Quantum ad ſcdm notaſ
effect⁹ doctrine chriſti ibi: Diſ
ſipauit eos. ſ. inimicos chriſti:
de quibus locutus fuerat ſupra
Et ad idem alibi dicit: Sagitte
tue acute in corda inimicorum
regis ad ſcꝫ perforanda. Et ex
hoc populi ſub te cadent: ideſt
tibi ſubycientur fidei tue ⁊ dile
ctioni. Inimici chriſti ſunt infi
deles iudei ⁊ heretici ⁊ genti/
les ⁊ peccatores. Sed diſſipa/
uit iudeos quantum ad errorē
eoꝝ: q̄ credūt xp̄m puꝝ hoiem
non deum cū interrogauit eos
Quid vobis videtur de chriſto
cuius filius eſt? Et cum reſpon/
diſſent dauid: tanq̄ puꝝ hoieꝫ
diſſipauit reprobando eorum
errorem per ſagittaꝫ ſcripture
ipſius dauid dicētis: Dixit dn̄s
dn̄o meo: ideſt dn̄s pater dn̄o
meo xp̄o: ſede a dextris meis:
ideſt coequalis eſto i gloria re
ſpectu diuinitatis. Diſſipauit
errorem gentilium dicēs: Dili
ges dn̄m deum tuum nō deos:
quos plures fore falſo ethnici
opinantur. Diſſipauit hereti/
cos ſaduceos reſurrectionē ne
gantes: ſoluens eis queſtioneꝫ
ſeptem uirorū cuius futura eēt
vxor in vltima reſurrectiōe q̄a
videlꝫ tunc neq̄ nubent neq̄
nubentur: ſed erunt ſicut ange
li dei in celo. Surgēt etiā q̄nq̄
qui dicant patrem eſſe alteri⁹
eſſentie q̄ꝫ filius non eiuſdem:
⁊ qui dicant patrem ⁊ filium ⁊
ſpiritum ſanctum vnam eſſe ꝑ
ſonam. Sed diſſipauit eos cuꝫ
dixit iudeis: Ego ⁊ pater vnuꝫ
ſumus. Et ſic de alijs multis
Diſſipauit peccatores deſtruē/
do in eis regnum peccati oſtē/
dens per parabolam nuptiarū
eccleſie: quia ſicut qui noluerūt
venire ad nuptias inuitati ſcꝫ
infideles fuerunt occiſi. i. dāna
ti ſuccenſis eoꝝ ciuitatibus ita
⁊ qui in ipſis repertus fuit fide
lis non habens veſtem nuptia
lem. ſ. charitatis cooperienteꝫ
omnem criminis turpitudinē
poſt ſeuam increpatione mittit
eū in exteriores tenebras ſem
piternas. Sic ergo diſſipauit
eos ſagittis predicationuꝫ p ſe
⁊ poſtea per diſcipulos ideꝫ fa
ciet iuxta illud yſaie: Demū ad

confirmādum ipſam doctrinam
miracula addidit. vnde dicit:
Fulgura multiplicauit ⁊ cōtur
bauit eos. Ubi notate ⁊ radioſi
tatem eorū: fulgura ⁊ pluralita/
tem multiplicauit ⁊ vtilitatem
⁊ cōturbauit eos. Fulgura imo
apte ſignāt miracula: quia ſicut
fulgur emittit magnum radiū
ſeu lumen: vnde incutit ſtupo/
rem ⁊ terrorem: quia ſubito ap
paret ⁊ neſcitur quomodo ac i
ſolita nature operaꝫ ſic opera
miraculoſa emittunt magnum
radium ad certificationem ve/
ritatis doctrine: que predicaꝫ
admirationem piam inducūt
⁊ timorem reuerentie ad faci/
entem. Et quia opus ſunt dei: q
non ſucceſſiue ⁊ paulatī vt na
tura ſed ſtatim operatur: imo
ipſa ſubita fiunt ⁊ preter cōſue/
ta nature. Ex miraculis q̄ fecit
ieſus chriſtus magiſter veſter
triplex lumen exortum eſt. Pri
mum eſt veritas ſue inſtructio
nis. Scōm ſanctitas ſue cōuer/
ſationis. Tertium vnitas i ipo
dei ⁊ hominis. Et quo ad pmū
ea que ſunt fidei humanam ra
tionem excedunt ⁊ hinc meri/
tum habent: quia his aſſentit li
berum arbitrium cum non co/
gatur demonſtratione: ſʒ capti
uatur intellectus ſponte in ob/
ſequium chriſti. Et imo cuʒ hu/
mana ratione probari ſufficiē/
ter non valeant decens eſt vt p
bentur argumento diuine vir/
tutis: vt dum quis facit opera
que ſolus deus facere poteſt vt
miracula geſta: credaꝫ illa do/
ctrina facientis eſſe a deo imoqʒ
veriſſima: ſicut cū aliqs deferr
litteras anulo regis ſigillatas
creditur ex voluntate regis p/
ceſſiſſe qđ in eis cōtineꝫ. Ex mi
raculis igitur chriſti oſtendiꝫ
ꝙ doctrina eius de fide ⁊ mori
bus veriſſima fuit. Unde dixit
principibus ſacerdotum ⁊ ſcri
bis: Si mihi non vultis credē
ideſt doctrine mee in ſe vere ⁊
credibili: operibus credite. i.
miraculis que oſtendunt veri/
tatem eius. Scōm eſt qꝛ oſten/
ditur ſanctitas eius. Cum enī
quis facit vera miracula oſten
ditur ex hoc penitentia dei eē
in illo per copioſam gratiam. ſ.
vt dum quis facit opera deo re
ſeruata: quia ſupra virtutē oīs
nature create vt ſunt miracula
credatur deus eſſe in eo ꝑ grāʒ
⁊ per conſequens vita eius vt
ſanctiſſima ⁊ a deo approbata
ſit imitanda ſine dubitatiōe ali
qua. Qđ conſiderantes aliqui
rationabiliter moti dicebāt cō
tra emulos ⁊ detractores vite
chriſti. Qūo poteſt homo pec/
cator hec ſigna facē? Et nicho/

dem⁹. Nemo poteſt hec ſigna facere q̄ tu facis niſi fuerit de⁹ cum eo. Cui ſententie cócordat pſalmiſta dicens: Fidelis dñs ſcꝫ ieſus in omnib⁹ verbis ſuis ideſt verax in ſua doctrina et ſanctus ſcꝫ oſtenditur in omni bus operibus ſuis ſcꝫ miracu/loſis. Tertium precipuum eſt quod declarat eſſe ex ipſis mi/raculis verus meſſias deus et homo in lege promiſſus. Pre/dixerūt enim prophete meſſiā in mundo ſigna facturum: ⁊ ali qua etiam determinate expreſ ſerunt que nō legitur feciſſe ali quis niſi iſte veſter magiſter ie ſus: ⁊ hunc dixerunt eſſe deum Unde pſalmiſta: Miſit verbuꝫ ſuum ⁊ ſanauit eos: ideſt hoíes ⁊ eripuit eos de internitioni/bus eorum. Miſit ſcꝫ deus paṫ verbum ſuum ideſt filiuꝫ ſuum qui miſſus dicitur inquantum incarnatus ⁊ ſanauit infirmos plīmos anima ſimul ⁊ corpo/re. Eripuit de internitionibus ideſt mortibus multos reſuſci/tans: Non vnum tm̄: vt helyas ⁊ helyſeus lꝫ ſecundus alteruꝫ ſuſcitauerit ſepultus: ſed q̄ꝫplu/rimos chriſtus ieſus ſuſcitauit a mortuis. Iſa. quoqꝫ ſic ait de meſſia: Dominus ipſe veniet ⁊ ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi cecorum ⁊ aures ſurdoꝝ patebunt. Tunc ſalliet ſicut cer nus claudus ⁊ aperta erit lin/gua mutorum. Uenit aūt deus inquantum humanitati noſtre vnitus eſt: vt vna eademqꝫ per ſona de⁹ ⁊ homo eſſet iſte ieſus Et ipſe illuminauit cecos: ſur/dis reſtituit auditum: claudis greſſum: loquelam mutis vt vi diſtis. Nullus auteꝫ propheta legitur miracula hec feciſſe: qꝛ null⁹ eoꝝ fuit meſſias niſi iſte. Unde quando iudei in portícu ſalomonis i ſolēnitate encenio rum interrogauerunt eum di/centes: ſi tu es chriſtus dic nob̄ palam: reſpondit opera q̄ ego facio. ſ. miracula in nomine pa tris mei: ipſa teſtimonia perhi bent de me. ſ. qꝫ ſum chriſtus. Et poſt pauca: Ego ⁊ pater vnū ſu mus. ſ. in ſubſtantia: vn⁹ deus: vna eſſentia. Cum igiṫ miracu la fieri non poſſunt niſi virtute dei: eſt aūt deus verax ⁊ verita tis confirmator non falſitatis: ſi dicendo ſe eſſe chriſtū ⁊ verū deum: ⁊ mentitus fuiſſet: īpoſſi bile erat eum miracula illa fa/cere: alioqn deus approbator eſſet fallacie qđ hereticum eſt dicere. Quinimo ſi non fuiſſet verus meſſias: ⁊ dei filius: cum fuiſſet maxime ſuperbie hoc de ſe aſſerendo ad nihilum dedu ctus fuiſſet: ⁊ maxime confuſus ſicut nabuchodonoſor q voluit in orbe vt deus venerari: ſꝫ vna

mulier fecit ei confuſionē: ſctā videlʒ iudith caput abſcinden do holoferni pncipi militie ei⁹ Et ſi in paſſiōe fuerit valde hu/ miliatus in hoc: imo oblat⁹ eſt quia ipſe voluit pro redēptiōe humani generis. Nec tñ tunc tēporis defuere miracula plu/ ra: que cum multis alijs cōuer ſando ſecū voſipſi vidiſtis. Vñ ꝛ de incredulis dixit: Si non feciſſem in eis ſigna que nemo alius fecit: peccatum nō habe/ rent. Nūc aūt excuſationē non hñt de peccato ſuo. ſ. increduli/ tatis: cum tanta viderint ſigna Qđ bene figurauit cecutiens il le patriarcha iacob qui filium benedicens. ſ. xp̄m in ꝓphetijs populus iudaicus ex eo deſcen dens: eū pñtem habens ꝛ paſcē tem ſua doctrina ꝛ miraculis ñ agnouit. Si ergo videritis ali quē tot facientem prodigia vir tute propria: tunc dubitare po/ teritis ꝙ eorum ſit verus meſſi as diuinus. Sed quia nullum talem audiſtis nec videre pote ritis: hunc ieſum fore verꝫ deuʒ ꝛ meſſiam lege promiſſum nō ambigatis. Quantū ad ſcđm di cit pſalmiſta ꝙ ipſa fulgura mi raculorum multiplicauit ꝛ tam copioſe ꝙ ſint ipſa ei⁹ ſigna qđ dam pelagus imenſum. Cū aūt ſit ois creatura ſub triplici dr̄ia vt ex hoc illuceat veſtigiū deiſi ce trinitatis in omni eius genē ſcʒ intellectualis ꝛ rationalis ꝛ materie corporalis: nature por tēta xp̄s multiplicauit. Nā cir/ ca intelligētias ſeu angelos bo nos ꝛ malos mira operatus eſt Ipſo enim ſole iuſticie oriente cum angelo qui paſtoribus ei⁹ ſacratiſſimā natiuitatē nuncia uit facta ē multitudo militie ce/ leſtis laudantium deū ꝛ dicen/ tium. Glia in altiſſimis deo. Qr mixꝫ fuit: ſpūs in voces erūpē i corpib⁹ tñ aſſumptis. Poſt ei⁹ tentationē acceſſerūt angeli et miniſtrabāt ei corpi. ſ. necia de ferēdo. In paſſiōe apparuit an gelus de celo ei orāti ꝯfortans cū ſenſitiuā videlʒ memoriam paſſiōis exterritā. Et vos ēt iā recitaſtis mulieres q̄daʒ ex ve ſtris ꝟ mane euntes ad monu mentū ei⁹ viderūt angelos qui dicerēt eū viuere. Quid dicā đ angelis malis cū ſemel ab vno eiecerit legionē eorꝫ? Legionē aūt ſcli ſapiētes aſſerunt eſſe ſex milia ſexcēta ſexaginta ſex. Ta/ ceo đ filia cananee demoniaca ꝛ lunatico puero ꝓiecto q̄nq̄ʒ a demone in aquā ꝛ ignem ꝛ illo in ſynagoga pre vexatione cla/ mante: liberatis cum alijs infi nitis. Sed nō minus fuit a de/ monijs aīas liberare. Nō ſoluʒ eni a maria magdalena ſepteʒ demonia eiecit animā ei⁹ per

vitia capitalia deuitantia sȝ a tur
bis plurimis. De hominibus
item illud pſalmiſte implet.
Sanat oēs infirmitates tuas:
⁊ redimit de interitu vitā tuā.
Nam cecos illuminauit vt bar
timeum filium timei clamantē
secus viam hierico ⁊ celidoniū
Leproſos mundauit decem ſi/
mul ſolo verbo. Alterū manus
eius cum tactu. Puerum cen/
turionis paralyſi diſſolutū con
ſolidauit. Et in lecto iacentem
oblatum alium paralyticuȝ: et
per tegulas ſubmiſſum ſanatuȝ
in domum ire iuſſit. Cōtractū
membris triginta octo annis i
porticu piſcine morantem libe
ratum lectum ſuum ferre man
dauit. Hydropiſi laborantem
ſopitati reſtituit. Mutum ſur/
dum ⁊ demonio obſeſſum ſal/
uum fecit. Claudis i tēplo greſ/
ſum rectum conceſſit. Sed ⁊ ſo
crum petri magnis febrib⁹ de
tentā ita validā fecit: vt ſubito
ſurgens miniſtraret ſibi ⁊ diſci
pulis. Emorroiſſam ſiue martā
ſeu aliam a pfluuu ſanguinis p
duodecim ānos ꝯtinuato pur/
g. in fimbrias eius contingen
tem. Curuatā deorſuȝ decem ⁊
octo annis mulierem vt ſurſuȝ
non valeret aſpicere plene ere
xit. Ambulanteȝ petrum ſuper
aquas ne influctibus mergere
tur apprehendit. Sicqȝ virtus
de illo exibat ⁊ ſanabat omnes
Mortuos ſuſcitauit non ſolum
puellam archiſynagogi filiam
in domo iacentem: ⁊ adoleſcen
tem vidue vnicum extra portā
delatū ⁊ lazarum quatriduanū
ſȝ ⁊ alios plures: Cogitationes
hominum occultas et inſidias
eorum detexit pluries: que ſit⁹
de ſoluendo cenſum ceſari: de
mandato magno legis: de iudi
cio deprehēſe in adulterio. Ab
ſentia occulta manifeſtauit vt
mortem lazari. Manū arridā
cuiuſdam viuidam fecit. Auri/
culam abſciſſam a ſimone mal/
cho reparauit. Uenientes ad ſe
capiendum iudam cum cōpli/
cibus ſuis retrorſum in terraȝ
proſtrauit ⁊ ſurſum leuauit. De
manibus volentium de monte
nazareth precipitare ⁊ alias in
templo capere vel lapidare il/
leſus: ⁊ intactus euaſit. Diſcipu
los idiotas ad predicandū mi/
ſit dans eis poteſtatem ſup oīa
demonia ⁊ vt langores curarēt
Sed in futurum per totū orbē
diffundetur ſapientia ⁊ virtus
eorum vt impleatur illud Iſa.
Egredientur impetu ab Jacob
qui replebunt faciem orbis fre
ſemine. ſ. doctrine. Mirabilia
quoqȝ fecit circa creaturas pu/
re corporales in elementis: plā

tis:animalibus:⁊ corporib⁹ ce/
leſtibus. Aquas eni mutauit in
vinum ĩ nuptijs galilee ĩ cana
celebratis. Terra mota eſt ⁊ pe
tre ſciſſe ſunt ⁊ monumenta ap
ta in eius paſſione ſciſſumq; tẽ
pli velum a ſummo vſq; deor/
ſum. Uenti in aere cõcitati ma
re conturbantes ad iuſſum ei⁹
ſedati ſũt. Super aquas ambu/
lauit imadidus. Panem mul/
tiplicauit ſemel ex qnq; ordea/
ceis qnq; millia hominũ vſq;
ad ſacietatem paſcens. Atq; ite
rum ex ſeptem panibus q̃tuor
millia in deſerto. Ficulneã ſo
lia tm̃ habentem ⁊ non fructus
verbo aridam fecit. Laxatis re
tibus ad iuſſum eius vno iactu
tantã multitudinem piſcium ĩ
eis congregauit: vt implerent
due nauicule pene vſq; ad ſub/
merſionem. Gregem porcoruʒ
a demonibus obſeſſum in pre/
ceps maris ire pmiſit. Stellaʒ
de nouo creauit ſuam tempora
lem natiuitatem magis oſten/
dentem. Solem in ſua morte
eclipſauit: vt plene videatis il/
lud p̃s impletum de ipſo meſſia
dei filio: quẽ paulo minus ange
lis pater minorauit ,ppter mor
talitatis aſſumptionẽ ⁊ paſſio/
nem. Sed iam gloria reſurre/
ctionis coronauit eum ⁊ hono
re venerationis per maniſeſta
tionem: ⁊ conſtituit eum ſuper
opera manuum eius: ita vt oĩa
ſubiecerit ſub pedibus eius vt
ad nutum in eis miracula face
ret: vt vidiſtis ⁊ audiſtis. Sic
ergo oportuit chriſtum pati ⁊ ĩ
trare in gloriam ſuam. Sed vti
litatem horum prodigiorũ vo
bis nolo fore ignoram cum ibi
copioſus ſit anime fructus ad
mores. Et hoc innuit ,ppheta
dicens: Conturbauit eos.i.ini/
micos eius. Sane conturbauit
emulos ſuos permiſſiue. Tur/
bati enim ex miraculis eius q̃/
dam dicebant: Non eſt hic hõ
a deo qui ſabbatum non cuſto/
dit. Alij võ murmurabant di/
centes: In beelzebub principe
demoniorum eijcit demonia.
Alij ſigna querebãt de celo ad
calũniandum. Non autem di/
miſit quia nec debuit miracula
facere: ſed illorum turbationeʒ
permiſit. Conturbauit ⁊ demo
nes cauſatiue. Nã eijciebat eos
de obſeſſis cum multa eoꝝ di/
plicentia ⁊ pena. Et propterea
clamabant. Quid nobis ⁊ tibi
ieſu fili dei: Uenisti ante tẽpus
torquere nos. Uidete quantaʒ
dementiam ⁊ obſtinatam ma/
litiam veſtroꝝ ſcribaꝝ ⁊ phari
ſeorum: q̃ demones tanta vir/
tute ⁊ multitudine prodigiorũ
fateri aperte coacti ſunt ieſum

videlʒ dei filium eſſe: qnimo ꝛ
ſaxa ꝛ mſta elemēta ſuis ſciſſio/
nibus ꝛ mutationibus ad eius
imperium vt oſtenſum eſt ꝑte
ſtata ſunt. Hi duriores lapidi/
bus: ꝛ calidiores demonibꝰ cuʒ
incredula plebe ſua diffitentur
Sed non fuit abſconſa eoꝝ ceci
tas ꝛ durities prophetis. Sed
prenoſcens Jſa. ait. Exceca cor
populi huius ꝛ aures eiꝰ aggra
ua vt videntes non videant: et
audientes non intelligāt neqñ
conuertantur ꝛ ſanem eos. Ex
ceca dicit prenunciando nō op
rādo: ideſt excecabis ꝑmiſſiue
non cauſatiue vt ñon videant:
ideſt intelligāt qđ demones vi
dent ꝛ elementa ꝛ corpora cele
ſtia modo ſuo. Et dñs per Eze.
Dura ingt ceruice ſunt ꝛ indo/
mabili corde. Jpſi nolūt audi/
re te: quia nolūt audire me. Jn
creduli ꝛ ſubuerſores ſunt. Et
animaduertite ꝙ ipſe ieſus in/
crepabat demonia vt tacerent
etiam cum illam neceſſariā ve
nerandam ac fideliſſimā veri/
tatem proferebant. Et primo
quideʒ vt nos inſtrueret: ne cu
remus de verbis diaboli quan
tūcūqꝫ vere loqui videretur.
Nephas eſt enim vt cum adſit
nobis diuina ſcriptura in qua
loquitur deus: iſtruamur a dia
bolo ꝛ a diuinis queramus re/
rum noticiam. Exinde cum ipſe
inimicus ſit humani generis ſi
quando dicit veritatem ad fi/
nem decipiendi facit: vt ſic ho/
mo aſſuetus talia credere: quia
vera expertus aliquādo eſt: cū
tandem in aliquod falſum vel
inconueniens inducat. Sʒ nec
decet officij apoſtolici gloriam
ſubripere: demonem et chriſti
myſterium lingua fetida predi
care cum ꝛ frequenter menda
cia īmiſceat. Poſtremo nole/
bat chriſtus inuidiam accendē
iudeorum quod fiebat ex tanta
laude. Et quia venit principali
ter dei filius vt diſſoluat opera
diaboli: īmo frequenter ħ age/
bat ſcilicet expellendo demōes
ab obſceſſis. Cōturbauit tertio
homīes quos curauit ſpiritua/
liter ꝛ effectiue: videlicet cōtur
bando mentes eorum ſalutari
turbatione penitentie de qua
pſalmiſta: Anima mea turbata
eſt valde. Nullum ſiquidē cor/
pore ſanauit quem ꝛ anima nō
curauerit. Sic totum hominēʒ
ſanum fecit in ſabbato. Uenia
autem non datur niſi correpto
ſcilicet per penitentiam: ꝑ quā
anima conturbatur dolore. Si
cut enim medicina corporalis
non ſanat niſi alterādo: ita me/
dicina penitētie ſeu gratie mē
tem conturbando contritione

ſanat animam. Et in ipſis bene
ficijs ſanitatum collatis oſten/
dit figuratiue ⁊ multiplex pec
cati nocumentum: ⁊ gratie xpi
copioſus effectus vniuerſos de
fectus excludens. Miracula
enim ab ipſo meſſia chriſto ita
debetis intelligere in veritate
hiſtorialiter facta: vt credatis
aliquid etiam fiendum morale
deſignare. Sicut igit̃ ſunt mor
bi corporum q̃ꝫplures varij: ita
⁊ morbi animarum per pecca/
tum inducti qui curantur quo/
tidie per chriſtum gratia ſua.
Quod intelligẽs pſalmiſta ora
bat dicens: Sana animam me
am quia peccaui tibi. Et quas
infirmitates ſeu mala occurre
rat per peccatum ipſe exprimit
ſub metaphoris i ſuo tertio pe/
nitentiali ⁊ ipſa ſignentur per
infirmitates ⁊ defectus a chri/
ſto ſublatos. Et primo quidem
incurritur mors anime eterna
ſeu infernalis: vnde dominus
per Eze. Anima que peccaue/
rit ſcilicet mortaliter ipſa mo/
rietur ſcilicet morte eterna. Et
iſte defectus ſignatur per mor
tuos a chriſto ſuſcitatos ſcilicet
puellam in domo iacẽtem ado
leſcẽtem extra portam iam de/
latum ⁊ lazarum ſepultū. Sūt
enim tres differentie mortalis
peccati tãq̃ꝫ tres mortui. Una
cum in corde cõſentitur crimi/
ni tanq̃ꝫ in domo conſcientie.
Altera cū in opus exterius ꝑce
dit aſſenſus q̃ſi extra delata ꝑ
ianuā ſenſuū Tertia cū male cõ
ſuetudis molle ꝑmit̃ anim⁹ vt
iā ſepultus. Cuilibet hoꝝ mors
debet̃ gehẽne in ꝑticulari iudi
cio trãſit⁹ corporalis clam. De/
mū i vniuerſali iudicio palam
corã vniuerſo. Qd̃ itelligẽs pſ.
tãq̃ꝫ vltimū oiū terribiliū pe/
tit ab ħ erui dicẽs: Dñe ne infu
rore tuo arguas me. ſ. in finali
iudicio: vbi arguūtur a iudice
pctõres ita acrit̃ ꝙ dicūt mõti
b⁹ cadite ſuꝑ nos: ⁊ collib⁹ coo
ꝑite nos a facie agni iudicãtis
xpi ieſu. Et imo i furore dic̃: q̄a
ſic̃ furor eſt ſubit⁹ ⁊ vehemens
mot⁹ ad puniẽdū: ita iudicium
fiet velocit̃ ⁊ cū maxia ſeuerita
te. Neq̃ꝫ i ira tua. i. ſeuera puni
tione gehẽne corripias me in
morte: qd̃ agit dū qs ꝑmanet i
pctõ: ⁊ nõ reſuſcitatur ꝑ grãm.
Multa alia mala ꝯſequūtur ex
pctõ i pñti: vñ ſbdit: Qm̃ ſagit
te tue iſixe ſūt mihi. Primo qdẽ
pene oẽs ex originali pctõ q̃ ita
ſūt iſixe vt educi ex toto ñ valeãt
vt fames: ſitis: frig⁹: calor: ⁊ h⁹i
ignorãtia: ꝯcupiſcẽtia: malitia:
frigiditas: q̃ ẽt augẽt̃ ex actua/
lib⁹ pctĩs. Et q2 nūq̃ꝫ q̃ꝫtūcūq̃ꝫ
ſcõ iſta auferunt̃ q̃ ad corpus ⁊
quo ad animaꝫ a nullo duobus
exceptis xpo cum matre eius:

ideo ſubdit: Confirmaſti ſuper
me manū tuam: ideſt totaliter
firmaſti manum tue punitiōis
vt non euadam iſta. Ponit de/
inde alia mala dicens: Non eſt
ſanitas in carne mea a facie ire
tue: ideſt ex preſentia tue puni/
tionis. Et poteſt intelligi de ſa/
nitate corporali ad litterā. Nā
multe infirmitates accidunt ex
vitijs: tum ꝓpter inordinatio/
nem: tum ex punitione diuina:
ſicut egrotauit ezechias vſqꝫ ad
mortē non niſi ꝓpter peccatū
ingratitudinis vel elatōis. Hoc
ſignatur per paralyticū ſanatū
cui prius dixerat: dimittuntur
tibi peccata tua: ⁊ hoc inſinuās
cauſam illi⁹ paralytici fuiſſe pec
catū. Tertium eſt inordinatio
paſſionum. vnde dicitur: Non
eſt pax oſſibus meis a facie pec
catorum meorum. Oſſa anime
quibus habet robur ad operan
dum ſunt potentie eius in qui/
bus non eſt pax propter impul
ſum paſſionū quibus ſubijcitur
vñ Iſaias: Cor impij q̄ſi mare
feruens quod qeſcere nō pōt.
Et hoc ſignatur per febricitātē
ſocrum ſimonis. Sicut enim fe
bris tollit quietem corporis ⁊
oſſa confringit que procedit ex
inordinatione humoꝝ ad inui
cem pugnantium: ita peccatum
quietem mentis. Quartum ē
amiſſio quaſi liberi arbitrij. vñ
dicit: Qm̄ iniquitates mee ſup
greſſe ſunt caput meum. Caput
quod eſt membrum ꝑncipale ſi
gnat liberū arbitrium ꝑ qḋ do
minus eſt homo ſuoꝝ actuum:
quo ſe dirigit in actibus ſuis et
principalis eſt dignitas eius.
Peccata cooperiūt iſtud vt nō
videat peccator ipm habē. Nā
vt dicebat ipſe chriſtus: q facit
peccatū ſeruus eſt peccati. Ser
uus enim vt ſcitis non facit id
quod ſibi videtur: ſed qḋ placet
dño: ſic impius non agit quod
vult ſm rationem ſed ſm q̄ in
ſtigat peccatum dñs ſuus. Qḋ
ſignatur per claudos a chriſto
ſanatos. Claudus enim videt
viam rectam per quā incedat
ſed non valet propter claudica
tionem rectus incedere. Quin
tum eſt ſubtractio operis meri
torij. Unde dicit: Sicut onus
graue grauate ſunt ſup me. Sic
enim qui habet onus graue ſu
per ſe: non poteſt operari ꝓpt
pondus impediens ita anima
grauata pondere iniqtatis: nō
poteſt meritorie operari. Vñ
dicit dñs per aggeū prophetā
Cōgregauerūt mercedes iniq
ſcꝫ facientes opa de genere bo
norum ⁊ miſerunt eam in ſacu
lum pertuſum. i. perforatum ex
quo egredit̄ qḋ ponit̄: q̄ſi dicat

Amiſerūt meritum ſuoꝝ opeꝝ
Et hoc ſignatur per habentem
manum arridam ſanatū. Ma/
nus enim ſignat opus: ſed ari/
ditas eiꝰ inutilitas ipſius: quo
ad meritum ⁊ pꝛemiū eternū.
Sextū ē macula anime ſeu tur/
pitudo eius. Putruerunt ait et
coꝛꝛupte ſunt cicatrices mee a
facie inſipientie mee: ideſt pec
cati mei. Clarum eſt ꝙ vlcera
reddūt coꝛpus turpe: ita culpa
animā defoꝛmē facit. Pulchꝛi/
tudo enim anime reſultat ex de
bita pꝛopoꝛtione ſeu oꝛdinatōe
actionum cum reſulgentia gr̃e
⁊ nitoꝛe: ex qua ſimilitudinem
dei dicit̃ habere. Et de tali dici
tur illud canticū: Tota pulchꝛa
es amica mea. ſ. per gr̃am ⁊ di/
lectionem: ⁊ macula non eſt in
te. Et illud: facies tua decoꝛa: ſꝫ
per culpā amittit hanc pulchꝛi
tudinem gr̃e ⁊ efficitur turpis
adeo vt dicatur de peccatoꝛibꝰ
per Hieremiā i tre. Denigrata
eſt ſuper carbones facies eoꝝ
ideſt conſcientia. Sunt ſimiles
hi decem lepꝛoſis: quos chꝛiſtꝰ
mundauit. Omne enim pctm̄
eſt contra aliquod decem pꝛe/
ceptoꝛum. Septimum eſt ſub/
tractio ſuffragioꝝ. Et ideo dici
tur: Miſer factꝰ ſum. Nā talis
⁊ merita acquiſita pꝛodit ⁊ ſuf/
fragioꝛum: ideſt oꝛationum et
alioꝛum bonoꝝ que fiunt in ec/
cleſia partem non habet: pꝛo q
bus idem pſalmiſta oꝛabat di/
cens. Participem me fac dn̄e
omniū timentiū te: ⁊ cuſtodiē
tiū legē tuā. Et dn̄s p Ezechi.
inquit: Si auerterit ſe iuſtus a
iuſticia ſua ⁊ fecerit iniquitatē
omnes iuſticie eius non recoꝛ
dabuntur: ideſt merita perdet
bonoꝝ que fecit dū permanet ī
malo. Nam reuertens ad peni
tentiam recuperat quo ad ea q̄
fecerat in ſtatu gratie. Unde fi
guratur per languidum in poꝛ
ticu piſcine iacentem: qui ⁊ ſub
ſtantiam cōſumpſerat: ⁊ ita de/
ſtitutus alioꝝ auxilio: vt nō ha
beret hoīem qui mitteret in pi
ſcinam. Sic ipſius ſubſtantiam
meritoꝛum cōſumit ⁊ ſuffragiū
ad exeundū de infirmitate pec
cati non habet. Octauum ē to
talis inclinatio ⁊ affectio terre
noꝛum cum dicit: Curuatꝰ ſum
vſqꝫ in finem: ideſt vſqꝫ ad pe/
dem vſqꝫ ad terram: vt faciem
habeam in terram. Neſcit eniꝫ
cogitare ⁊ deſiderare niſi ter/
rena: nec in alijs delectat̃ adeo
vt ibi conſtituant vltimū fineꝫ.
Unde manaſſes rex impius re
cognoſcens miſeriam ſuoꝝ ſce/
lerum dicebat: Incuruatꝰ ſum
multo vinculo ferri ⁊ peccati: ⁊
non eſt reſpiratio mihi. Talis

de celeſtibus cogitare neſcit:q̄ ⁊ male credit. Et hoc ſignatur per mulierem que erat inclina ta adeo vt non poſſet reſpicere ſurſum. Nonum eſt multiplica tio peccatorum. Propterea di/ cit: Tota die contriſtatus:ideſt cum remorſu conſcientie igre/ diebar.ſ.noua peccata. vñ Iſa. Occurrēt demonia onecentau ris ⁊ clamabunt piloſi alter ad alterū:Demonia ſunt manifeſta peccata. Onecentauri q dicun tur eſſe hoīes ex parte ſupiori vt in facie:ſed beſtie ex pte infe riori ſunt peccata occulta q̄ hñt ſpeciem boni in exteriori actio ne. Piloſi ſunt actus vitioſi et beſtiales. Et eſt ſenſus: Q2 pctā occulta ⁊ que videnť bona opa ſequunť peccata manifeſte ma la ⁊ exinde etiam actus femina les ⁊ beſtiales: tales quales nō facerent beſtie:⁊ vnus act⁹ ma lus trahit imediate ad alium. Peccatum enī qđ per peniten tiam nō diluiť mox ſuo ponđe ad aliđ trahit. Nec pōt diu ſta re qs in peccato: qn labatur in alia plura: quia in repentinis operatur qs ſm habitū precon ceptum et finem preſtitutum Qui cū ſit malus in peccatore ⁊ frequenter occurrant repen tini caſus male eligit ⁊ opera/ tur. Unde figuratur per ſangui

nem fluentem mulierem ſana/ tam. Ad quod facit quod dicit zacharias: Sanguis ſanguinē tetigit:ideſt vnum peccatū ſe/ quitur aliud. Decimum eſt au/ gmentatio carnalis concupi/ piſcētie. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus. In lumbis dicitur eſſe ſedes luxu/ rie ī viris:quia inde deciditur ſemen. Unde Job poteſtas ei⁹ ſcilicet diaboli in lumbis quo ad viros:⁊ in vmbilico vētris quo ad mulieres. Quā plures eniȝ capit ſub dominio ſuo per vitia carnis. Implentur autem lumbi illuſionibus: dum inde⸗ bite illis reſoluit ⁊ in cōtume/ liam corporis ſui:⁊ etiā in ſom nis imaginarijs turpibus dor miendo. Exemplum patet in magdalena:q̄ ⁊ſi nobilis erat diues ⁊ innupta poſtq̄ȝ acquie ſcere cepit peccato: ita inconti nentie dedita erat:vt nomē p/ prium amiſiſſet ⁊ peccatrix di/ ceretur:curata tamen a chriſto in anima quod non minus fuit miraculum q̄ȝ ſi mortuā ſuſci/ taſſet. Sic ⁊ ſamaritana q̄ poſt qnq; viros concubina inuenta a chriſto:caſta facta eſt. Unde/ cimum eſt ſenſuum inordina/ tio quod notat dum dicit. Non eſt ſanitas ī carne mea. In cer/ ne.i. corpore ſunt qnq; ſenſus

quātum ad organa eorum ſine quibus non poteſt eſſe vſus eorum. In iſtis ſenſibus nō eſt ſanitas: ideſt debita cōmenſuratio ⁊ ordinatio vſus eoꝝ ſꝫ magna inordinatio: quia nō regūtur ſm rationem ſed ſm inſtinctum ſenſualitatis. Et illud pꝫ ad ſenſum. Nam mali habent ſenſus valde īmodeſtos vt aſpiciant qcqd placet eis ⁊ cum oī laſciuia. Sic ⁊ audiunt omnia vba turpia ⁊ maledica loquūt ſine freno. Et ſic de guſtu: odoratu: ⁊ tactu. Nec mirum quia vt dicit ſalomon. Non ſaciatur oculus viſu: nec auris auditu ⁊ ſic de alijs. Et talis figurat per ſeruū centurionis paralyticuꝫ male vexatuꝫ. Sic paralyticus habet carnē totā infirmā diſſolutā in compagibꝰ neruoꝝ: ita hic in ſenſibus eſt totus relaxatus. Quia quēadmodū ille qui recogitat vel recitat dāna multa que incurrit ex aliquo infortunio in ꝓſecutione narratōis etiam anteq̄ cōpleuerit enarrare ſuſpirat ⁊ dolet circa ipſa ⁊ poſtea alia que reſtāt narrat ita pſalmiſta: in medio ipſoruꝫ detrimētoꝝ prouenientiū ſibi ex pſalmo plorat ⁊ dicit: Afflictus ſum ⁊ humiliatꝰ ſuꝫ nimis ideſt valde rugiebam: a gemitu cordis mei: ideſt celare nō poteram dolorem qn̄ ⁊ extra oſtēderem. Dn̄e ante te omne deſiderium meū: ideſt tu ſcis quantum deſidero exire d̄ peccato. Et gemitus meus a te non eſt abſconditus: ideſt tu ſcis quātū doleam. Cor meum cōturbatū eſt in me: ſalutari turbatiōe deteſtationis peccati. Et ꝓſequit ipſa nocumenta peccati narrare dicēs: Dereliquit me virtus mea qd̄ eſt duodecimū ad lraꝫ omnis virtus infuſa per pctm̄ deſerit hoiem. Cū eni oēs ſint cōnexe ad inuicē q hꝫ vnā hēt oēs: cui vna deficit deficiūt oēs Qd̄libet āt vitiū hꝫ ſibi vnā virtutē directe ꝯtrariā. Hec vo eſt natura ꝯrioꝝ vt mutuo ſe expellant. nec eni aliqd ſimul eē pōt bonū ⁊ malū: ſanū ⁊ infirmū: album ⁊ nigrū: ſꝫ alteꝝ eoꝝ: In quē igit intrat aliqd̄ vitium p ipm expellit virtus ꝯria ſicut p auaritiam liberalitas: per gulam abſtinentia ⁊ huiuſmodi. Et p conſequens illam expulſaꝫ oēs alie comitant derelinquentes illum. In cuius figura habetur in Gen̄. q pmi parentes cōmiſſo peccato ſe cognouert nudos q2. ſ. expoliati erant oī virtute. Et hoc ſignatur in filio reguli a quo pene receſſerat virtus vitalis: quia incipiebat mori ſed ſanatꝰ fuit. Tertiumdecimum

eſt obtenebratio intellectus. vñ dicit: Lumen ocu. ⁊ ipſum non eſt mecum. Oculus dexter intellectus ſpeculatiuꝰ nõ videt ita vt. ſ. guſtet. Oculus ſiniſter practicus non videt: ita vt ſcilꝫ eligat bonum qđ debet. Et ideo Sophonias dicebat: Ambulabunt vt ceci quia dño peccauerunt. Et ſapiẽs malicia excecauit eos vt. ſ. non videant detrimẽta peccati pericula ſua fineꝫ vltimũ: id quod debent eligere cum ſunt in operando. Vñ diċ ſapiens quidam ⁊ bene: Qꝛ oĩs malus eſt ignorãs. Qđ ſignaꝶ per cecum illuminatum filium bartimei. Sꝫ ⁊ cecitas illa quã adducimus ab vtero matris: qꝛ anima noſtra naſcitur vt tabula raſa tollitur quantũ ad neceſſaria ſalutis per gratiam ſignatam p cecũ a natiuitate. Quartumdecimũ eſt amicoꝝ ſupplãtatio. Unde diciꝶ: Amici mei ⁊ proximi mei aduerſum me appropinquauerunt ⁊ ſteterũt ſcꝫ contra ſalutem meã pugnãtes ⁊ preliantes. Querunt eñi amici ⁊ propinqui ſibi ſeruiri ĩ oĩbus etiam illicitis querũt exaltationem temporalem de ſuis non ſpiritualiter. Et ideo dixit dñs per Oſee: Inimici hominis domeſtici eꝰ. Peccator aũt vt non diſpliceat eis: non curat agere multa contra deum ⁊ cõſcientiam de quibus regritur: quia plus diligit tales ꝙ̃ deũ. Et ꝓpterea chriſtus dixit: Qui non odit patrem ⁊ matrem et fratres ⁊ ſorores non eſt me dignus. Uult dicere ꝙ debeẽt odiri inquantũ contrarij ſunt ſaluti hominis. i. deteſtari illũ affectum inordinatum eoꝝ et non acquieſcere eis. In cuius ſignũ iacobum ⁊ ioannẽ vocans vno verbo qđ miuum fuit: fecit eos deſerere parẽtes ⁊ cũcta. Quītumdecimũ eſt angeloꝝ auxilij minoratio. vñ dicit: Qui iuxta me erãt de longe ſteterũt. Sũt homines non ſolum angeli eorum cuſtodes deputati ſꝫ ⁊ alij Quia omnes adminiſtratorij ſpiritus ſunt miſſi ĩ miniſteriũ eorum. i. ſeruitium qui heredi tatem capiunt ſalutis. Iſti cum hominibus ſunt incitantes ad bona ſed cuꝫ peccator nõ aſſentit bonis incitamentis ſꝫ diabolo ⁊ peccatis: nec vult exire de eis ⁊ſi non recedat a cuſtodia eius: tamẽ minus operatur. Et ſic dicitur elongare ſe ab eo deteſtando maluꝫ eius ⁊ inde ita iuuando. vnde dicũt per Iſaiã: Curauimus babylonẽ. i. voluimus curare ⁊ non eſt curata derelinquamus eam. Et ſeqꝶ propheta loquens: Angeli pacis

amare flebūt dolentes.ſ.modo ſuo de pditiōe illius. Quod fi guratur per apoſtolos q angli dicunt inquantū predicatores qui elongauerūt ſe a christo tē pore paſſionis:ſed per ipſuz re ducti ſunt. Decimūſextum ē de monum roboratio imo dicitur Uim faciebant qui querebant animā meaz. Aduerſarius dia bolus tanq̄z leo rugiens circuit querēs quē deuoret: ſed reſiſtē tibus ei timet ⁊ fugit: ſumit ma gnam audaciam in peccatores ⁊ facit magnā vim in animā et corpus inq̄ātuz pōt nocet. vñ Iſai. Seruietis dijs alienis.i. demonib⁹ per peccatū alienis ab omni miſericordia q nō da bunt vobis requiē die ac nocte affligendo:mō vno modo:mō alio ⁊ aīaz ⁊ corpus: ſicut patet de illis ſeptem viris ſarai vxo ris filij tobie quos diabolus ha bens poteſtatē ꝓpter peccatuz eorū ſuffocauit. Et qui inquire bāt mala mihi locuti ſunt vani tates et dolos tota die medita bantur.ſ.ipſi demones loquūt in corde ſuggerēdo vanitates temporaliū reꝝ dolos:mala ſb ſpecie boni ꝓponendo vt deci piāt. Et ſic vo triplicem modū nocēdi vel per violentiam ho minum vel per affectum mun danaꝝ delectationū:vel ſub ſpē boni. Et ideo christus frequen ter liberauit obſeſſos a demo/ nibus q̄ vexabant multiplicit vt illū quē proijciebant i aquā ⁊ ignez:alium quē nudabat ve ſtibus ⁊ nocebat hominibus ⁊ ali⁹. Decimūſeptimū eſt auriū obturatio que eſt duplex. vnde dicit:Ego aūt tanq̄z ſurdus nō Et paulopoſt: Et factus ſum ſic homo non audiens. Prima eſt ſurditas mentis que non audit diuinas ſpirationes ꝯtra quos dicit ipſe deus per Salomonē in prouer. Uocaui vos inſpirā do.ſ.⁊ renuiſtis. Et cauſam aſſi gnat pſalmiſta alibi dicens: Si cut aſpidis ſurde obturātis au res ſuas: que non exaudiet vo cem incantantis. Sic enī aſpis vnam aurem ponit in terram in alia caudaz mittit ne audiat incantatorez ⁊ capiat:ita miſer peccator ex vna parte totā men tis intentionez figit in terrena ex alia parte caudam lōge vite ſibi vane promittit:vt penitere adhuc poſſit. Et non cōſiderat miſer qd dicit ſapiens: Nō tar des cōuerti ad dñm neq̄z diffe res de die i diē: ſubito eueniet tibi ira illius. Nunc figurat ſur dus quē christus ſanauit mittē do digitos in auriculas eius.i. grām ſuā. Eſt alia ſurditas cor poralis que ponit̄ .p.xviij. ma

lo de qua dicit: Et factus ſum ſi cut homo non audiens: ſcilicet verba dei exhortantis ꝛ corre/ ptiones contra vitia per predi catores ꝛ prelatos ꝛ alios con ſocios. Unde Jere. Terra ter/ ra terra audi verbum domini q. d. quia non vis audire ver/ bum domini: ideo terra nõ ſis quantum ad corpus per crea/ tionem: terra quantum ad ani mam per affectum terrenorū ad terram vadis infernorum: q̃nimo tales odiunt aliquãdo ꝛ pſequunt̃ iuxta illud: Odio habuerunt corripientem ꝛ lo/ quentem perfecte abbominati ſunt. Et hi ſignantur per alium ſurdum ſimul ꝛ mutum ſanatũ Eſt. xix. ſubtractio debitarũ lo cutionum que eſt duplex. Pri/ ma quo ad ſe. Unde dicit: Si/ cut mutus non aperiens os ſu/ um. ſ. factus ſum in laudando deum ꝛ in confuſione peccati. Sed nemo poterit iuſtificari: niſi fuerit peccatum ante con/ feſſus. Confeſſio enim a morte liberat: aperit paradiſuꝫ: ſpem ſaluandi tribuit. Unde ſalomõ ait in puer. Qui abſcondit ſce/ lera ſua non dirigetur. ſ. in vi/ am ſalutis. Qui autem ꝯfeſſus fuerit ꝛ reliquerit ea inueniet gratiaꝫ. Quia igitur nouit ma lignus q̃ꝫ maximam vtilitateꝫ conſequatur homo ex confeſſi/ one: ideo immittit maximam difficultatem in corde homi/ nis: vt non videatur poſſe vllo modo facere: Sicut lupus cum rapit ouem: vt poſſit deuorare capit per guttur: vt muta fiat. Uoluit dominus in terra pro/ miſſionis q̃ dux exercitus in bellis eſſet iuda qđ interpreta tur confeſſio ad ſignandum q̃ ĩ bello ſpirituali in eccleſia mi litanti non poteſt aliter bene preliari ꝛ haberi victoria: niſi premittatur confeſſio. Secun/ da ſubtractio debite locutiõis eſt quo ad alios que eſt vigeſi/ mum nocumentum. Unde di/ cit: Et non habẽs in ore ſuo re/ dargutiones ſcilicet factus ſuꝫ. Nam peccator videns ſe male facere perdit audaciam repre hendendi timens ne ſibi dica tur: Medice cura teipſum. Un de ꝛ ieſus chriſtus duobus mu tis reſtituit loquelam inter ce teros ſcilicet demoniacoſ Et al teri cum ſputo tetigit linguam eius.

Finis.

Epiſtola dñi Franciſci caſtilio
nenſis preſbyteri ſecularis ⁊ ec
cleſie ſancti laurentij de floren
tia canonici ſacre theologie ꝓ
feſſoris eximij ⁊ grecis ac lati/
nis litteris viri eruditiſſimi ad
fratres ſancti dñici de bononia
ordinis predicatoꝝ ſuꝑ vita bti
Antonij de florentia eiuſdẽ or
dinis archiepiſcopi florentini
q ad dominũ migrauit die .ij.
maij. M.cccc.lix.



Franciſcus caſti/
lionenſis preſbyter priori fra/
tribuſq; beati dñici conuentus
bononienſis ſalutẽ. Cũ vitam
reuerendiſſimi prĩs fris Anto
nij archiepiſcopi florẽtini nuꝑ
conſcripſiſſem: que ꝓpter geſta
illius viri preclara admodum
atq; vite hoĩuz co ꝙ in ſe mul/
tarũ virtutũ exempla cõtineat
nõ paꝝ vtilis eſſe videt: nullus
mihi cõuenientior viſus eſt q̃
tu frẽſq; tui cui h̃ eſſet opuſculũ
dirigẽdũ. Nam cũ locus ve
ſter ſit ĩter alios cõuentus iſti⁹
ordinis tũ vite atq; obſeruãtie
ĩtegritate tũ ciuitatis ac ſtudij
ſacraꝝ litteraꝝ nobilitate: non
minus ob ſanctoꝝ fratrũ eorũ/
demq; doctiſſimoꝝ magnã co
piam maxime vo ꝓpter pñtiaz
ſacrati corporis bti dñici prĩs
vrĩ toto corde illuſtris ac nobi
liſſimus ad vos ſane ptinẽ po/
tiſſimũ videt tantaꝝ virtutum
laudẽ celebrare. Ipſe eni Anto
nius tantũ decoris tantũq; or/
namẽti addidit ordini vr̃o tm̃
religioni vr̃e q̃ tũ pene extincta
erat incremẽti adiecit: tãtũ de/
niq; tũ alijs hoib⁹: tũ vl maxie
ordini vr̃o ſua doctrina ſuoq;
exẽplo ꝓſuit: vt nũq̃ poſſit ei⁹
memoria a quocũq; veſtrũ ſa/
tis pro dignitate celebrari. Ha
buiſtis eni in ordine ex q̃ ꝓdit⁹
eſt ſanctiſſimoꝝ virorum ma/
ximaz copiam: habuiſtis pon/
tifices plurimos etiã romanos
tijs:ſceleſtis:ſacrilegis: melius faueret bonis:caſtis:ↄtinētib⁹. Si maximis facinorib⁹ irritatus tāta adhuc eoſipos: a qbus ad vindictā ꝓuocat̃:pſeqt̃ idulgētia vt deficere ſtirpē eoꝝ: poſteritatēqꝫ nō ſinat: qd faceret ſi ei oēs tota cū deuotiōe ſeruirēt: nec vllus iam eēt a quo vel offenderet̃ vel ad vltionē ꝓuocaret̃. Si multiplicat gen⁹ hominū impioꝝ quāto magis bñ beateqꝫ viuētiū germē augeretur. Si ↄſeruat peccātiū ſtirpē quāto poſteritatē ſeruiētiū ſibi ĩ cenobica vita ſuaret. Qḋ ſi q̃ris modū q̄ id fieri pōt rñdebo tibi queādmodū hocipꝫ rogatus qdā rñdiſſe fert̃. Si oēs in qt ↄtinētiam corpis deo deuouiſſent:eiqꝫ recta mēte ĩ ſcā religiōe ſeruirēt ſi ali⁹ nō eēt ꝑpagatiōis modus poti⁹ e celo homines plueret:q̄ꝫ ꝑpt̃ exhibitū obſequiū gen⁹ hoīum depiret. Scio ꝓinde eū q e luto ꝑmū fecit hoīem poſſe mille modis ſine nr̃a opa humanū gen⁹ ↄſuare:nec ſapiāz:nec ptātē illi deeſſe. Deniqꝫ ↄcedam⁹ hoīes defecturos q terras ⁊ orbem colerēt:mūdūqꝫ vacuū relinquēdū nōne adhuc multo meli⁹ eēt celū ĩplē q̄ꝫ terrā. Immo vō num beati⁹ eēt ꝑadiſum ĩplere q̄ꝫ infernū. Nā carnis ꝓpagatio generatioqꝫ terrena: ſicut homines in mūdo multiplicat:ita innumerabiles trāſmittit ad tarthaꝝ:ſicqꝫ terrā implet ꝑiter ⁊ abyſſum. Poſtremo pone hāc ſolicitudinē o ſerapion:difficilis res ē oīa relinquere:odioſa pauptas:ardua res: continētia dura:religiōis conuerſatio. Qꝛ obrē ꝑiculū nō ē: etiā ſi nos ad religioſe viuēdū accedam⁹:vt oēs id faciant. Bono aīo eſto pauci ſequent̃. Remanebūt plurimi q huic ꝑiculo ſbueniāt ne orbis vacu⁹ relinquat̃. Tu mō audi qḋ ſuadeo teipꝫ reſpice ac tibi ſalutiqꝫ tue diligent̃ ītēde. Amplectē religioſā vitā: q̄ tibi dux ĩ celū eē poſſit ⁊ ſi mihi credis ꝑdicatoꝝ fratꝝ ſil' habituꝫ regulāqꝫ ſubeam⁹. Ea religio btiſſimū dñicū ſortita ducē: mł toſqꝫ ac mirabiles viros habuit q eouſqꝫ ſcitati ⁊ ſapie ꝓceſſerūt: vt ⁊ ĩ orbe toto noīatiſſimi habeant̃ ⁊ ĩter celicolas nō ĩferiores eē credant̃. Ei⁹ religiōis ꝓbatiſſimos ſectatores ⁊ optimos atqꝫ lr̃atiſſimos viros: et tu o ſerapion et thomas nr̃ oī genere laudis et cōmēdatiōis laudare ſoletis: quoꝝ iocūda q̄ dē cōuerſatio:animi trāqllitas mētis delectatio:⁊ ſacroꝝ exercitatio ſtudioꝝ: nec facit̃ dictu eēt:nec pn̄s tp̄s ad dicēdū ſuffi

ceret. Solẽt ꝑterea nõ ſe ꝓſter nere voluptatibus: ſed maxie deſpectu eas habere. Quod q̄ fecerit vt a platone dictum eſt: ingens premium conſequetur.

**Sera.** Iaȝ mihi pene ẽ ꝑſuaſuȝ o cipane tanta dicendi copia vſus es: vt adeã religionis conuerſationẽ quã tantope comendaſti ⁊ iam mea ſponte fugata ꝓſpera fortuna te ſequar. At mihi velim dicas: niſi moleſtũ ſit: ſi alius ꝑ ter eum quẽ dixiſti bene viuendi modus iueniri queat an nõ.

**Cipria.** Arbitror o ſerapion nullus hoc tpe reperiat eẽ preſtantior Nã ſi aliquã tutiorẽ ⁊ quietiorem vitam reperire potuiſſem fortaſſe non ad hanc potiſſimũ confugiſſem. Hac vo nulla rõe inueniri potui meliorez.

**Serapi.** Ego ſi quid o cipriane nõ recte ago apte ſcias me nõ mea ſponte ſed p ignorantiã relinquere Nec mihi velim ſucceſeas: ſi ardentior eẽ videar i rogãdo.

**Cipria.** Uereris vltra q̄ȝ oportet. Facultas o ſerapion tibi ſemp eſt apud me preſertim libere rogãdi quod velis atq̄ȝ loquendi.

**Sera.** Hac ſpe tecum agam: ſcio igit̃ o cipriane: q̄ multa calles ꝓuidentia: excellenſq̄ȝ ingenium a natura tibi datum ẽ: vereor tm̄ ne in hac ipſa re nimio quodã ducaris animi feruore nec ſatis cõſiderant̃ id tecũ delibera ris. Nã ſi ꝯſuetudinez tuã atq̄ȝ naturã cũ laborib⁹ noui tirocinij qȯ tantope expetis cõferre volueris: intelliges hoc onus longe fortaſſis tuis impar eſſe viribus: teq̄ȝ impotẽ atq̄ȝ imbecillem ad id pondus ferenduȝ Quo enim pacto religionis auſteritatẽ atq̄ȝ moleſtiam tolerare te poſſe arbitraris: q̄ hactenus exq̄ſitiſſimis cibis ſemp es vſus: preciofis veſtib⁹: ſtratis mollioꝛib⁹: q̄ deniq̄ȝ domi tue: atq̄ȝ intra tuos ſumma licentia oiumq̄ȝ reruȝ copia in delitijs ſemp vixiſti: nullũ vnq̄ȝ laborẽ ſuſtinuiſti: non famẽ: non frig⁹ non noctes inſomnes: non qȯ oibus grauiſſimũ eẽ videt̃ ſubiectionẽ aliquã expt⁹ es? Magna mihi crede eſt vis ꝯſuetudinis: religionis magna difficultas. Ceteꝝ nõne ridendum eũ hoiem putaremus: qui cum ioco ſemp ⁊ in vmbra vixiſſet: nec vllũ vnq̄ȝ gladiũ: nõ galeã: non clipeũ attigiſſet: nõ puluerem: nõ ſolẽ: non inediam: non horrorem frigoris: non imbrẽ: non grandinẽ perpeſſus eſſet:

non ſup nudā humū vel ſup ſe/
mur dormiſſet:ad ſecularē mi/
litiam ſe ꝯferret in qua eſſet ne
ceſſe aut paucis diebus infelix
vitam euomere aut domū ad ꝓ
ſtinas delitias turpiter redire
Uex putare debes o cipriane
religionē ipſam vt etiā ſanctiſſi
mo bernardo viſuꝫ eſt egregiā
quandā ⁊ inſignē eſſe militiaꝫ
que non molles ⁊ delicatos:nō
imbecilles et longo torpentes
ocio:ſed robuſtos ⁊ varijs diſ/
ficultatibꝰ exercitatos milites
deſideret. Uis tibi de multis
pauca ꝓſtringā. Non habebis
in cenobica vita eſculentes da/
pes:non phaſides aues:non vi
num creticū:non diuerſitates
ciboꝝ afferrenť pranſuro:vt de
licatoꝝ more dicere poſſis:hoc
comedo:id non comedo. Non
erit tibi cibus quarūuis carniū
nec varijs nidoribꝰ fumabūt pa
tine. Sed cibꝰ groſſior atqꝫ par
tior:potus auſterior:longa ieiu
nia:ſtratꝰ durior:noctes inſom
nes. Quid facies itaqꝫ iuuenis
delicatus:ſi qđ in vita paupere
facile ꝯtingere pōt:eſurienti ⁊
longo iam ieiunio laborāti ſto
maco appoſitꝰ fuerit panis fur/
fureus ac perexiguus et potus
aque. Recordabē: mihi crede:
delitiaꝝ quas in ſeculo reliqui
ſti ⁊ appoſitas dapes oculo tor/
uiore reſpiciens cū nauſes po
tius propter neceſſitatē ſumes
q̄ꝫ cū delectatione ſaporis. Fri
goris vo iniurias q̄s magnope
perhorreſcis: quonā pacto in
religioſa vita ꝑferre valebis?
Quid de ſomni quiete dicā: cū
medijs noctibꝰ iuxta ꝓphetaꝫ
etiam hyemali frigore ſeuiēte
ad diuinā laudē ſurgere cogat
illa ſancta ꝓfeſſio. Deniqꝫ non
erunt in monaſterio qui tua fa
ceſſant imperitia:nec ꝑ domuꝫ
diſcurrentes famuli/qui ad nu/
tum tuā impleant voluntatem
imo ꝓ maioꝝ arbitrio alijs ob
temperandū erit: ⁊ qcqd iuſſū
fuerit ſine vlla cūctatione com
plendū. Omitto rumorē quem
de te cōcitabis in vulgo: ⁊ quas
de te fabulas vicinia cantabit
tota. Omniū enī tue ciuitatis
oculos in te ſuſcitabis ſi hoc fa/
cias: ⁊ qđ tibi maximo eſt dede
cori ac pudori ſi queſtus gratia
vt illi ſolent nōnunq̄ꝫ: ꝑ vrbem
te vagari cōtigerit cunctorum
digito et ſermone notaberis.
Hec o cipriane nō in eam pteꝫ
dicta velim accipias: quo vel te
accedentē ad religionem ſequi
velle recuſeꝫ vel coner ab eo vi
uēdi munere reuocare. Nihil
hoꝝ me monuit o cipriane: vt ea
dicerem: nam abs te niſi morte
non diuidar: ſiue in heremum

fine in religionem excedas. At
excitare te volui vt conſideres
diligentiſſime ac moderate de
cernas quid tibi conuenienti-
us ⁊ accomodatius eſſe vide-
atur. Pauca quidem comple-
xus ſum breuiter: nam multa
ſunt alia de quibus immēſa eēt
oratio: que tamen prius tecum
debes metiri: ⁊ cum tuis viri-
bus cōparare. Didicimus eniꝫ
a ſeneca prius eſſe eſtimanda
que aggredi volumus: ⁊ vires
noſtras cum rebus quas porta
turi ſumus comparandas. De
bere enim dicit plus eſſe viri-
um in actore ꝙ̄ in pondere ne
ceſſeqꝫ fore opprimere portan
tē onera q̄ eēnt maiora ferēte.

Cipri. Ego q̄dē o ſerapi
on q̄cūqꝫ abſte di
cunt ī ptē interpretor meliorē
ſed breuiter tñ cōſtanterqꝫ re-
ſpondenduꝫ eſſe iudico: ne diſ
ſimulādo videar deterrit⁹ hac
tua iactatione verboruꝫ. Obij
cis primum meam viuendi cō
ſuetudineꝫ: deinde religionis
difficultatem: ac poſtremo vul
gi: ac meorum ciuium deuota-
tionem. Clamo iniuriam o ſe-
rapion: nam me nimium mol-
lem ac delicatum virum facis
ꝙ̄ꝙ̄ tibi in fortitudine ac iulio
fratri tuo qui ſatis preſentans
in armis habetur: ceſſi nunꝙ̄.
Sepe nāqꝫ vt meminiſti luſi-
mus: luctatiqꝫ ſumus: nec a vo
bis aliquando in terram pſtra
tus vnumquēqꝫ veſtrum ſem-
per deieci quod et frater tuus
cum vehemēter mirabatur: ꝙ p
pe: qui ⁊ meipſo exercitatior:
vtpote verſatus in caſtris ⁊ eta
te ⁊ corpore grandior videre-
tur. Quid igitur mihi nūc ad
religioſam vitam accedere in
ſtituenti imbecillitatem corpo
ris opponis quaſi veliꝫ pugna
re cū hercule? Alia pugna me
manet. Aliud certamen inꝙ̄ o
ſerapion cum ſpiritualibus ini
micis paratum eſt: in quo ma-
gis eſt mihi animi ꝙ̄ corpo-
ris fortitudo neceſſaria. Iſtā
vero neruorum ac virium ma
ximam fortitudinem quaꝫ mi
hi videris detrahere non reli
gioſi requirunt: ſed milites ath-
lete: naute metallorumqꝫ foſſo
res ac ceteri duro operi man-
cipati: quibus corporis robur
neceſſarium eſt qui portant ar
ma qui pugnis et calcibus ſua
inuicem membra debilitāt qui
remos trahunt qui ſubuertant
montes: ⁊ ſub ſudore ⁊ imbri-
bus dormiūt. Ceterum religio
ipa nō athletas: nō milites: nō
nautas: nō foſſores: ſed ꝯtēpto-
rē mundi deſiderat: qui poſſit
mente pugnare non corpore: q

vitia ſuperet non tyrānos: qui
coerceat cupiditates non leo/
nes. Hanc animi foꝛtitudinem
religio in ſuis militibus requi
rit que nō amittitur per aduer
ſam coꝛpoꝛis valitudinem ſed
augetur. Unde ⁊ apoſtolus lo/
quitur: Quando infirmoꝛ tunc
foꝛtioꝛ ſum: ⁊ ſi exterioꝛ homo
noſter coꝛrūpitur interioꝛ re/
nouatur de die in diē. Qḋ vo
aſſeris de ciuibus me notatum
iri: nihil mihi penitus cure eſt
nec ciuium nec populi iudicia
pertimeſco: quibus ſatius eſt di
ſplicere vt deo placeam. Teſtē
habeo conſcientiam. Multitu
dinem autem valere ſinā. Me
ſi placet cum ꝓphetis: cum apo
ſtolis: cum xp̄o: queſtuariū vo
citent: nam ⁊ ipſi mendicātes
erant: ⁊ ſtipem vnde vitam du
cerent hoſtiatim q̄rebant. Ego
nihil pendo vulgi eſtimationē
nec vllus omnino ſapiens ſtā/
dum iudicio multitudinis ar/
bitratur. Quinpotius vt veruꝫ
fatear: hec ſatis me res mouit:
vt ad eam religionem accedē/
dum putarem: quo vel in hoc
imitari poſſim veſtigia ſalua/
toꝛis: qui cum in celo ditiſſi/
mus eſſet: quippe qui omnium
gentium omnium ſeculoꝛuꝫ ha
bet imperium: noſtra pꝛo redē
ptione pauper adeo fieri volu
it: vt etiam alimentis neceſſa/
rijs indigeret. Ad quā ob cau/
ſam. Pꝛofecto vt intelligamus
eius exemplo contēnendas eē
diuitias: ſpernendam caducaꝫ
gloꝛiam: populares rumoꝛes
non curandos. Deinde vero
vt terrenis opibus expediti:
ab ipſo veram diſcamus ſapien
tiam: vt lactātius ait: Que qui/
dem duo ſcilicet paupertatem
ac diuine ſapientie ſtudium in
ipſa religione pꝛedicatoꝛuꝫ fra
trū me nāciſci poſſe haud q̄ꝫq̄ꝫ
diffido. Sed dicis: vt es homo
facetus ad perſuadendum con
cinn⁹: politus: pꝛofectus e ſcho
la: non habebis in cenobica vi
ta eſculentas dapes: non pha/
ſidas aues: non delicatos ci/
bos: non vinum mulſum: at ſe/
pe tibi ieiunandum erit: car/
nibus nunq̄ꝫ veſcēdum: ſed ho
leribus et leguminibus: cibiſ/
qꝫ groſſioꝛibus: doꝛmiendum
durius frigoꝛis iniurias pꝛo/
ferendum. In his queſtionis
tue totum pondus: hic totius
negotij tui cardo verſatur. Re
ſpondebo itaqꝫ tibi o ſerapi/
on: doceboqꝫ multis exemplis
nos ſine his q̄s meminiſti: ci/
boꝛum delitijs facile poſſe vi/
uere. Pꝛimum tamen ſatis ad
miroꝛ: quid mihi quaſi me mul
tum coquoꝛum iura delectent:

totam pene coquinariã artem opponis. Ego aũt non mihi ſũ conſcius:adeo vnq̃ꝫ boꝛum ci/boꝛuꝫ fuiſſe cupidũ:vt mihi debeas ventris ingluuiem obie/ctare. Uerũ ſic eſto feceris vt li/bet. Conaboꝛ iam tibi ſatiſſacẽ oſtendamq̃ꝫ victus tenuitatem abſtinentiãq̃ꝫ ciboꝝ nõ modo ſanitati nõ eſſe ꝯtrariam:ſꝫ maxime ꝯferre:nec iminuere vitã noſtram:ſed facere longioꝛem Nõne qui egrotant aũ ad me/lioꝛem non ꝑueniũt valitudinẽ q̃ꝫ tenui cibo et caſtigato victu vẽtris onera depoſuerint. Quibus igitur cibis ⁊ remedijs recipitur ſanitas:his etiam vt arbitroꝛ cõſeruari põt. Nõne pr̃ tuus o ſerapion: qui multo tp̃e podagre humoꝛibus laboꝛauit ante liberari non potuit q̃ꝫ vi/num ⁊ delicatos reliquerit ci/bos ⁊ ad menſam ſimplicem ſe contulerit:que certe non reli/quiſſet niſi fuiſſent contraria ſanitati. Irridet oꝛatius noſter appetituꝫ ciboꝝ: qui ſumpti relinquat penitẽtiaꝫ. Sperne voluptates: nocet empta doloꝛe voluptas. Et cum in ameniſſi/mo agro in monte voluptuoſorum hominum ſe craſſum pin/guẽq̃ꝫ deſcriberet luſit his verſibus: Me pinguem ⁊ nitiduꝫ bene curata cute viſes cũ ridẽ

voles epicuri de grege poꝛcũ. Sed age o ſerapion agredia/mur:ſi placet:exẽpla maioꝛum ⁊ videamus non eſſe difficilem carnibus abſtinere. Xenephon ciri vitam octo voluminibꝰ explicauit. Eos libꝛos cũ nuper poggius noſter latinos feciſſet legi diligenter atq̃ꝫ: vt verum fatear: vehementer erubui:cuꝫ pſaꝝ abſtinẽtiã cũ noſtra:ideſt chꝛiſtianoꝝ volui comparare Dicit eniꝫ apud eos legẽ fuiſſe ne qs vnq̃ꝫ niſi ſemel in die ci/bum ſumeret eũq̃ꝫ cibuꝫ refert polentam ⁊ cardamũ ⁊ panem cũ ſale. Lex item erat ne qs ex/pueret:ne naſuꝫ tergeret. Has enim ſuꝑfluitates que generãt ex cibi quotidiana coꝛpis exercitatione ⁊ nimia victus tenuitate ſiccabant:quos tñ conſtat ĩ longiſſimã ire ſolitos ſenectutẽ Dicerarcus refert ſub ſaturno ideſt in aureo ſeculo:cũ oĩa hu/mus funderet nullum comediſſe carnes:ſed vniuerſos vixiſſe frugibus ⁊ pomis ⁊ que ſponte terra gignebat. Eratq̃ꝫ apđ eos egritudo tã rara: niſi foꝛte im/becillitas ſenectutiſ:vt neq̃ꝫ medicus multo tp̃e inueniret. Uideo mihi patere campũ latiſſimum ſi per multoꝝ velim exẽpla diſcurrere. Poſſẽ eni mlta narrare. Scripſit beatus hiero

nymus duos cōtra Jouinianū libros pulcherrimos: in quorū secundo hanc elegantiſſime ꝑsequitur queſtionē: ex quo etiā ⁊ ſuperiora nōnulla ſunt ⁊ multa que ſubijciā. Dicit ergo morbos ſaturitate nimia cōcitari: ⁊ delitias epularūq; varietates fomenta eſſe vitioꝝ. Diogenes quoq; tyrannos ⁊ ſubuerſiōes vrbium bellaq; vel hoſtilia vel ciuilia non ꝓ ſimplici victu holeruȝ pomorūq; ſed ꝓ carnib⁹ ⁊ epulaꝝ delitijs aſſerit excitari. Unde et triptolemus inter ceteras leges quas cōdidit precepit carnibus nō eē veſcendū Et orpheus vetuſtiſſimus poetarū in carmine ſuo eſum carnium penit⁹ deteſtaƚ. Quodq; mirandū eſt epicurus voluptatis aſſertor omnes libros ſuos repleuit holeribus ⁊ pomis: vilibus cibis dicens eē viuenduȝ quia carnes ⁊ exquiſite epule ingenti cura ꝑparanƚ maiorēq; penam hn̄t in querendo q̄ȝ voluptatē in abutendo. Corpa aūt noſtra cibo tm̄ ⁊ potu indigere dicit ⁊ vbicūq; aqua ⁊ panis ſit ⁊ coetera his ſimilia ibi nature ſatiſfactū q̄cq̄d ſupfuerit n̄ ad vite neceſſitatem: ſed ad voluptatē expectare. Un̄ ⁊ ei⁹ apd̄ ſenecam fertur eē ſententia panem ⁊ aquā natura deſiderat. Nemo ad hec paup eſt. Intra que ſiq̄s deſideria clauſerit cuȝ ipſo ioue de felicitate cōtendat Euripides quoq; iouis ꝓphās in creta non ſolum carnib⁹: ſed ⁊ coctis cibis abſtinuiſſe deſcribit. Ab eublo v̄o q̄ mittre ſcpſit hiſtorias: narranƚ tria eē apud pſas magoꝝ genera quoꝝ p̄mi qui habenƚ doctiſſimi preƚ holus ⁊ farinā aliud in cibo ſumēdum oīno non putant. A Berdaſane viro babylonio fertur gymnoſophiſtas quoſdā quos ſammaricos appellar: tāte eſſe ꝯtinentie: vt pomis arboꝝ: que iuxta gangen naſcunƚ fluuium ⁊ ſolo farine cibo paſcunƚ: atq; cū ad eos rex eoruȝ aduenerit adorare illos ſolitus eſt pacē ꝓuincie in eoꝝ precib⁹ ſitam arbitrans. Legimus ⁊ eſſeos: qui olim tertiā apd̄ iudeos fecerāt ſectam vxorib⁹ ⁊ vino ⁊ carnib⁹ ſemp abſtinuiſſe ⁊ quotidianum ieiuniū ferme in naturaȝ cōuertiſſe. Ab aſclepiade v̄o et eante ſcribiƚ: tp̄e quo pigmaliō in oriēte repugnauit eſum carnium penitus nō fuiſſe. Poſſeȝ pictagore ſocratis ⁊ antiſtens frugalitatē referre in ꝯfuſionē noſtram: niſi nimis in longum noſtra oratio protraherenƚ. Hic antiſtenes: cū glioſe rethoricaȝ docuiſſȝ audiuiſſetq; ſocratem

de paupertate ⁊ ɔtēptu delicia
rum diſputantē dixiſſe ferꝛ ad
diſcipulos: Ite ⁊ magiſtrū vob
querite. Ego enim iam inueni.
Statimqꝫ venditis que hēbat
ac publice diſtributis nihil ſibi
plus qꝫ paliolū rſeruauit paup
tatiſqꝫ ꝑpetuus amatoꝛ ⁊ imita
toꝛ factꝰ eſt. Huius diſcipulus
diogenes fuit quē cum antiſte/
nes a ſuo latere dimouere non
poſſet: nouiſſime claua minatꝰ
eſt: niſi abiret. Cui ille ſubieciſ/
ſe dicit caput atqꝫ dixiſſe: Nul/
lus tam durus baculus erit qui
me poſſit a tuo obſequio ſepa/
rare. Iſqꝫ in omni vita paupta
tis adeo ſectatoꝛ factus eſt: vt
nihil poſſideret oīno. Sꝫ ī ho/
ram poſcebat a quolibet ⁊ acci
piebat cibū. Unde apd grecos
imeroiuos appellatus eſt: ideſt
homo vnius diei victum hñs
His addam exemplū mirabile
qd tibi ⁊ ceteris ſi uere chꝛiſtia
ni ſunt: ruboꝛem inducet cum ī
tellexerint ſe ab ethnicis ſupe/
rari Chereinō ſtoicus vir elo/
quentiſſimus narrat de vita an
tiquoꝝ egypti ſacerdotū quod
omnibus mundi negocijs cu/
riſqꝫ poſtpoſitis ſemper ī tem/
plo fuerint ⁊ rerū naturas cau/
ſaſqꝫ ac rationes ſiderum con/
templati ſint: nunqꝫ ſe mulieri/
bus comiſcuerint nunqꝫ cogna
tos ⁊ pꝛopinquos ne liberos q
dem viderint ex eo tēpoꝛe quo
cepiſſent diuino cultui deſerui
re. Carnibꝰ ⁊ vino ſe abſtinue/
runt ſemper maxime ꝓpter ap
petitus libidinis: q ex cibis et
ex hac potione naſcunꝛ. Pane
raro veſcebanꝛ ne onerarēt ſto
macum. Et ſi qñ comedebāt tu/
ſum pariter iſopum ſumebant
in cibo vt eſcam grauioꝛeꝫ illiꝰ
caloꝛe decoquerēt. Oleum tñ
in oleribus nouerant veꝝ ⁊ ip/
ſum parum pꝛopter nauſeam ⁊
aſperitatem guſtus liniendam
Quid loquar inquit de volati/
libus cum ouum quoqꝫ pꝛo car
nibus vitauerint ⁊ lac: quoꝛum
alteꝝ carnes liquidas alterum
ſanguinem eē dicebant coloꝛe
mutato? Cubile eis d folijs pal/
maꝝ contextum erat ſcabelluꝫ
accliue ⁊ ex vna parte obliquū
in terrā pꝛo puluillo capiti ſup
ponebant. Bidui triduiqꝫ ſu/
ſtinentes inediam ⁊ humoꝛes
coꝛpoꝛis: qui naſcunꝛ ex ocio ⁊
ex manſione vnius loci nimia
victus caſtigatione ſiccabant.
Sentio iam me o ſerapion plu
ra dixiſſe: qꝫ exemploꝝ patitur
conſuetudo ⁊ a te non iniuria
poſſe repꝛehendi. Uerum hec
diſſerui de philoſophoꝝ exem
plis: vt qui paupertatem ⁊ la/
boꝛes religionis tam duros ar

bitraris:intelligas non eſſe dif
ficille ſine delicijs ciborum poſ
ſe viuere:cum tot gentiles ho/
mines in dura victus abſtinen
tia vltro etiam vixiſſe cogno/
ſcas. Et illi quidem pro caduca
gloria nos pro eterna. Profer
rem etiã de ſanctis ſcripturis
exẽpla ſi in illis hactenus exer
citatus fuiſſem. Narrabo tamẽ
tibi que nuper audiui a quodã
religioſo viro ſapientiſſimo cũ
me preſente quiſpiam cum de
ciborum abſtinẽtia rogauiſſet.
Dicebat ergo primis genera/
tionis humane parentibus in
paradiſo non fuiſſe preceptum
vt carnes comederent ſed po/
ma ⁊ arborum fructus. Quod
certe deus non precepiſſet:qui
vite hominũ conſulebat niſi ex
illis humana vita ſuſtentari co
mode potuiſſet. Eſau autẽ aſ/
ſerebat perdidiſſe primogeni/
ta propter cibum ⁊ impatiẽtiã
gule. Et filios iſrael egreſſos ð
egypto angelorum contẽpnen
tes cibũ:ſuſpiraſſe carnes atq;
ob id multos e celo fuiſſe pcuſ/
ſos penaſq; dediſſe. Unde ca/
nitur in pſalmo:Adhuc eſce eo
rum erant in ore ipſorum ⁊ ira
dei aſcendit ſup eos occiditq;
pingues eorũ. Dicebat quoq;
helyam prophetam cum dieb⁹
quadraginta ieiunaſſet tranſla
tum in paradiſum eoq; redijſſe
per ieiunium:vnde adam fue/
rat eiectus per cibum. Danielẽ
do ⁊ tris pueros in babylone
paſtos leguminibus: pulcrio/
res ac ſapientiores factos: q̃
omnes qui de menſa regis car
nibus veſcebantur. Quid ergo
mihi obijcis religioſis abſtinẽ/
tiam:quaſi ſine carnibus ⁊ ſine
fumantibus patinis viuere nõ
poſſim? Cito expletur nature
neceſſitas:frigus ⁊ fames ſim/
plici veſtitu ⁊ cibo expelli põt.
Ideo dicit apoſtolus: Habẽtes
victum et veſtitum his contẽti
ſimus. Tales igitur ac tantas:
in religioſa vita ſumunt eſcas
quantas qualeſq; humane vite
vel neceſſitate ſatis eſſe iudica
uerint:quibus nõ oneretur cor
pus nec libertas animi pregra
uetur:nam ſapientie conueni/
enter operam dare non poſſu/
mus ſi de menſe copia cogite/
mus. Non tales proinde acci/
piunt cibos:quos aut difficul/
ter digerere aut comeſtos ma
gno partos labore quaſi perdi/
tos doleant. Holerum vero et
leguminum ⁊ pomorum ⁊ faci
lior apparatus ⁊ arte multa nõ
indiget:impẽdijſq; quo quorũ
ac etiam ſine cura ſuſtentat hu
manũ gen⁹ moderatec ſumptuo
q; nec auide deuorat qui irrita

menta gule nõ habet: ⁊ leniori
digeſtione coquitur. Si autem
herculeas vires holera nõ mi
niſtrant qd neceſſe eſt viro re-
ligioſo tantã hr̃e fortitudinem
quã qui habuerit nõnũq̃ȝ etiã
ad vitia ꝓuocent. Illi arbitrant
carnes ſanitati ↄgruas q volũt
abuti libidine: qui in ceno di-
merſi voluptatũ: nõ pñt niſi de
ventris ingluuie cogitare. Re-
ligioſo viro ſanitas abſq; viri-
bus nimijs ſatis abundeq; eſt.
Putat eniȝ eſſe melius animã
ſaginare q̃ȝ corpus. Nõ igit̃ te
terreat o ſerapion ieiuniũ aut
carnium vel delicatoꝝ ciboruȝ
abſtinentia. Multos eniȝ ipſe
vidiſti: qui cũ in maximis deli
tijs domi intra tot ſeruoꝝ obſe
quia vixiſſent: ac infirmi pene
ſemꝑ fuiſſent tranſlati ad reli-
gioſam vitam breui tp̃e conua
luiſſe: ex qbus neminẽ mihi ne
ceſſe eſt nominare: tu tecum re
cordaris. Nec turbare nos de-
bet ſi rari ſint huius ꝓpoſiti ſe-
ctatores: qȝ rari ſunt caſti: con-
tinentes ⁊ ſancti: ſempq; virt⁹
rara eſt. Sȝ fac etiã o ſerapion
nobis ſit in religione vita bre-
uior: nõne adhuc melius ẽ citi⁹
optime mori q̃ȝ male viuẽ diu.
Refert inqt ſeneca: q̃ȝ bene vi-
uam⁹ non q̃ȝdiu. Et ſatis vixit
qui bene vixit. Deniq; cum ad
ꝑpetuam felicitatem oĩa ſemꝑ
retuliſſeȝ nec qcq̃ȝ ſine ea expe
tendũ eſſe homini in vitã putaſ
ſem non ſolum religionis labo
res ac moleſtias: ſed nec ipſam
mortẽ: quã etiã virgines athe-
nis regis oppinor herethei fi-
lie pro patria contẽpſiſſe dicũt
ego pro celeſti patria ⁊ pro btã
glia timenduȝ iudicaui. Quid
eni habet iſta vita cõmodi. Nõ
ne vides q̃ȝ miſera his mũda-
nis reb⁹ eſt anexa ↄditio? Oẽs
primo pauperes naſcunt̃: ⁊ nu-
di ⁊ in hãc lucem flentes egre-
dimur imbecilles ⁊ debiles et
aliene opis idigẽtes. Hoc oẽs
edimur ꝑncipio: cui totus ãno
rum ſequentiũ ordo conſentit.
Cum v̾o adoleuimus nõ modo
non liberamur moleſtijs ſȝ ma
iores incurrimus. Aliũ ad quo
tidianũ opus vocat inopia: aliũ
honoꝝ ambitio nunq̃ȝ qeta ſol
licitat. Qui aũt diuitias q̃s op-
tauerat: nõ ſine mille periculis
nactus fuerit ſuo tandẽ labore
voto: ⁊ ſemꝑ metuit: ne illas ãt
predo violenter eripiat aut au
ferat publica ⁊ repentina pro-
ſcriptio aut fur nocturnus ina
dat. Alium ſollicitudo aliuȝ la-
bor excruciat. Hic habere ſe do
let liberos: q̃m aut eos nutrire
non põt: aut qȝ ꝓdigi ac factioſi
ſunt: rei domeſtice plus damni

affertur q̄ʒ cōmodi: plus paren tibus dedecori ſunt q̄ʒ honori. Alius non habet ꝙ incredibili deſiderio ſuſpirat habendi. Quo bonos habuit: ſed illos per/ didiſſe deplorat. Deniqʒ pona mus cuncta noſtris faueant vo tis et nobis abunde ſuppetant bona fortune proſperiſqʒ ſucceſ ſibus gaudeamus: certe tn̄ oīa iſta tpalia bona que nos fallaci voluptate delectat honores: pec cunie: faſces: potentia: pulchra cōiunx obſequētes libri aliaqʒ cōplura: ad que ſemp ardet hu mani generis ceca cupiditas: ſummo cū labore poſſident: cuʒ inuidia ɔſpiciunt ⁊ qm̄ lubrica ⁊ incerta ſunt hntes ne amittā tur metu ɔtinuo ɔficiunt ⁊ in credibili cura illiſqʒ plus minā tur q̄ʒ proſint. Sicqʒ ſi recte cō ſpicimus: oīs hec mundana vi ta ſuppliciū eſt. Nūq̄ʒ ſtabili cō ſiſtimus loco pendemus ⁊ flu ctuamus ſempqʒ timemus. Et ī hoc tam proceloſo mari mūdi huius ⁊ oībus tempeſtatibꝰ ex poſito nauigātibꝰ: nullus quie/ tis portus: niſi religionis eſt. Mihi credite is beatior iudi/ cabit: qui contēpta deſpectaqʒ fortuna rebuſqʒ caducis ſe ī eo tranquillitatis portu receperit. Cum igit hec ita ſint qd ampli us o ſocij cum hac mutabili va riabiliqʒ fortuna mutamur? Quid in his cecis tenebris q̄ſi compedibus illigati manemꝰ. An non adhuc videtis q̄ʒ ſit la bilis vita noſtra: q̄ʒ fallax: q̄ʒ in ſidioſa? Quotidie enim mori/ mur: vt qdā ſapiens ait: quoti/ die latenter demitur aliq̄ pars vite. Et tunc quoqʒ cū creſcimꝰ vita decreſcit. Infantiā amiſi/ mus: deinde pueritiaʒ: deinde adoleſcentiam agimus vſqʒ ad extremū: qcqd tranſijt tēporis perijt. Nūc ipm̄ quē agimꝰ diē cum morte diuidimꝰ vnde ca/ nitur a naſone: Labitur occulte fallitqʒ volatilis etas. Et nihil eſt annis velocius. An forte cō fiditis: ꝙ in preſentiaꝝ arride/ at ipſa fortuna? Sʒ mihi credi/ te breui nos ɔferet. Fortunatiſ ſimus fuit metellus fortunatus marcus craſſus: ſʒ oēs fortunas ſimul tandē dimiſerūt cū vita. Deſeramus ergo illa ſa quibus certe velimus nolimꝰ breui tpe deſeremur. In mentē quoqʒ ve niant aduerſa que nup in illa tē peſtate paſſi ſumus. Oēs pene naufragium fecimꝰ omnes ad mortē coacti: vix ex illa tandeʒ euadere potuimꝰ. Scitis q̄ʒ ca rum tunc ſodalem amiſimus. Ualerium dico noſtrum: cuius nunc etiam angor abſentia: de/ ſiderio torqueor priuatiōe con

triſtoꝛ. Jo cum floꝛeret etas fa
ueret foꝛtuna arrideret ꝓſpa:
in fluctibus naufragus eſt ex
tinctus: vix tandem nactus in
extremo littoꝛe ſepulturā. Ma
leq3 etiam ipſi: arbitroꝛ: perdi
ti fuiſſemus: niſi ad hoc pꝛoui
dētia diuina ſeruaſſet: vt in ſan
ctiſſima religione fructum ali
quē faceremus. An igitur tan
tis iam tēpeſtatibꝰ quaſſati ve
xatiq3: hinc fugere dubitabimꝰ
An tot periculis: que in mūdo
ſunt: queq3 ⁊ ipſi experiri cepi
mus nos iteꝝ exponemus. Re
uocate queſo ad mentem quod
a noſtro comico dicit. Impꝛo
be inquit neptunum accuſat q
iteꝝ naufragiū facit. In regno
foꝛtune ⁊ quid duro ſi ꝑmane
bimus indigna ⁊ aduerſa mul
ta paſſuri ſumus nobis crude
liter ⁊ cōtumelioſe abuteretur.
Itaq3 eo nobis ſi ſapimꝰ demi
grandū eſt: vbi dubios foꝛtune
caſus flocciſacē poſſimꝰ. Quid
ſi voſipſi negligitis nec volue
ritis ſm ea que vobis a me dcā
ſunt viuere: nihilo tn̄ minus ip
ſe non deſiſtā nec ab hoc diui
no: vt ego arbitroꝛ: munere ēt
vobis diuertentibꝰ reuocaboꝛ.

**Sera.** Dici non poteſt q3 ſim hac ratōe
tua delectatus vel potius adiu
tus. Et ſi mihi vt verum fatear
non ſim conſcius me multum
huius mundane vite vnq3 cu
pidum fuiſſe: tamen obijciebat
animo de religione cogitanti
metus quidam ⁊ veluti quadā
diffidentia propter difficulta
tem religionis atq3 laboꝛes: tū
etiam parentu3 neſcio qs mol
lis affectus ⁊ dulcis veteꝝ ami
coꝛum cōuerſatio durumq3 ni
mis videbatur his aliquando
carere: cum quibus ſemper fa
miliariter vixiſſem. Hoc genꝰ
tentationis ſic: mihi crede: ſum
liberatus: vt nihil de his peni
tus curandum putem. Si eni3
hec vera ſunt que narraſti ma
gna mihi ſpes eſt: cum illuc ꝑ
uenero: quo nunc pꝛoficiſci vo
lumus: eius animi quietatiōis
atq3 voluptatis compotem fie
ri cuiꝰ gratia cetera oīa flocci
pendere debemus.

**Cipria.** Mini
me mirum eſt: ſi ſeſe per multa
opponant ſimilia ad religionē
pergere volenti. Hoc enim nō
humane virtutis eſt ſed diuine
pietatis maximumq3 dei minꝰ
quod non omnibus paſſim ſed
electis quibuſdā quos deꝰ am
pliori dilectione pꝛoſequit con
cedi ſolet. Sed iam thomā au
diamus. Uidetur enim iam du
dū: neſcio qd: ſi
gnificare velle.

**Tho.**

Et quid putas aliud o cipriane q̄ʒ vt tuam confirmem ratōeʒ.

**Ciprianus.** Ita q̄dem et ipſe rebar o thoma te factu/rum: nā certius aliquid q̄ʒ ego de religioſa vita potes afferre quippe qui cum religioſis vi/ris ſepe diuerſatus fuiſti.

**Tho.** Pergo iam vobis explicare o amici: que mihi de beata reli/gioſorū vita ſunt cōperta q̄ʒ nis per multa abs te o cipriane ve/riſſime ac illepide dicta eſſe vi/deantur. At primum ni mole/ſte feratis referam vobis hiſto/riam infelicitatis mee. Neqʒ erit vt ego coniecto vobis inuti/lis. Itaqʒ ſi ſcire curatis. nec me cum faſtidio audituri eſtis eam vobis breuiter narrabo.

**Ciprianus.** Cura/mus maxime o thoma: nec modo cū faſtidio ſed potius ſumma cuʒ attentione atqʒ cum volupta/te referentem audiemus.

**Thom.** Cogitauerā igitur mecū ipſe iamdudū propter varios incertoſqʒ caſus quibus in hoc mūdano ſtatu ſubiecti ſumus: ac tam multa tormenta fortune me aliquādo huius vite ſolici/tudinibus liberare ⁊ ad aliquē quietiorē viuendi modum bea/tioremqʒ transferre vbi ⁊ dubios fortune caſus ſi accederēt cōtē/nere poſſem: ⁊ futura poſt mor/tem ſupplicia nō timerē. Uerū cū ad religionis ſtatum me cō/uertiſſem: approbabā quidem eā vitam omnibuſqʒ mūdanis rebus anteponēda videbatur. Sed permulta me reuocabāt ab eo munere: nam ſi eius labo/res plurimos: vigilias: ieiunia dormiendi aſperitatē: abſtinen/tiāqʒ veſcendi: ⁊ q̄ omniuʒ du/riſſimū eſt perpetuā ſubiectio/nē: ceteraqʒ id genus in mentē reduxiſſem: incipiebā mei cor/poris imbecillitatem ⁊ fragilita/témqʒ extimeſcere: nec fieri poſ/ſe rebar: vt humanum corpus eas carnis moleſtias atqʒ affli/ctiones ſuſtinē poſſet: cuʒ natu/ra corpora hominib⁹ infirma dediſſet: eaqʒ morbis ⁊ egritu/dinibus doloribuſqʒ ſubiecta. Uerebar preterea multorū ho/minu'n vaniſſimam opinionē qui eos qui ad religionis pau/pertatem cōtēptis terrenis opi/bus emigrant: ignauos: abie/ctos: humiles: et parui animi eſtimare ſolent: audentqʒ vitu/perare vitaʒ quā ſi ſaperēt imi/tari cōplectiqʒ deberēt. Sʒ hic error vt opinor: ⁊ hec indocto/rum animis eſt obfuſa caligo:

qui nihil dignū: nihil ſanctum
nihil ſupra ſe reſpicere poſſūt:
ſed pecudū more in humuʒ de/
preſſi: ſola terrena p̄ſtiaqʒ me
ditantur. Hic igit̃ timor me mul/
tis dieb⁹ ꝯtinuit: ne aliū viuēdi
modū p̄ter eū quē domi habe/
bā deſiderarem. Cruciabar tñ
aio ⁊ me cogitatiões varie qui
eſcere nō ſinebāt. Interiʒ pau/
lus collega me⁹ adoleſcēs nobi
liſſimus atqʒ ditiſſim⁹ cuʒ quo
a puero nutrit⁹ fui: ꝯtēptis om
nibus que habebat religioſus
ē factus: cuius mutationem nō
ſolū homines: ſed ipa vrbis te/
cta mirari viſa ſunt. Ego q̄ʒ vt
verū fatear: tūc vehemēter ido/
lui mecū cogitans: q; tali eſſem
orbat⁹ amico: q̄ mihi nemo vn
q̄ʒ familiarior in oī vita fuiſſet
Illū enim amabā plurimuʒ: ab
illoqʒ pariter amabar. Itaqʒ cōti
nue deplorabā: nō illū qdē: ſed
me ac fortunā meā qui nō me/
ruiſſem eius p̄ticeps ꝯuerſatio
nis atqʒ p̄poſiti fieri. Miſi er/
go ad eū pluſculis poſt diebus
franciſcū adoleſcentē ꝯſobrinū
meū q poſtea vt ſcitis illū ſecu/
tus ē: quo ab eo percunctaret̃: qd
facturus eſſem his de reb⁹ q̄s
apud me dimiſerat: iuberetqʒ
quid fieri vellet: nam forte tūc
aberā cū ipe ad religionem ac
ceſſit. Cūqʒ abiiſſet ille ac loquē

di facultas cū viro ſibi data eēt
mittit inquit o paule ad te tho
mas: vt poſtq̄ʒ icōſulto eo te ad
hāc vitā trāſferēdū eē putaſti:
ſignifices qd de pecuniis tuis
rebuſqʒ aliis que apud ipʒ ſunt
diſponi iubeas. Tum ſubridēs
ille vt erat vir iocūd⁹ ⁊ q̄ſobrē
igt amic⁹ ipe nō venit vt me ſal
tē viſeret. Qua tādē cauā? Nihil
inqt frāciſcus mea ſcire re/
fert tm̄ qd officii mei ē feci. Cō
pleui qd iuſſum erat. Uelim tm̄
ſcias poſt in hūc locum veniſti
nunq̄ʒ illū potuiſſe qeſcere: ma
gnāqʒ cōmotioneʒ animi atqʒ
merorē ore atqʒ vultu veſtiūqʒ
mutatiōe oib⁹ oſtēdiſſe. Sed ſi
tibi cure ē habere me quid re/
ſpōdeā thome: qñ ex me queſie
rit: cedo mihi qd oporteat di/
cere. Dices inqt illi o franciſce
vt oia p fideles portatores mit
tat in celū: qm̄ ⁊ illuc ipe p̄pero
vt eo mea ſarcina me p̄ueniat
mea que ſupellex: quo ego quo
qʒ feſtino quantū valeo. Nōne
ita hoies ceteri faciūt: quando
volūt mutare domiciliū. Sʒ pu
to adhuc te nō intelligere. Nō
equidē inqt o paule nō multū.
Dicito inquit o frāciſce dicito
thome: vt paupib⁹ vniuerſa di
ſtribuat. Habes ne? Habeo in/
quit o paule. Hec igit̃ frāciſce
thome noſtro reſponde ⁊ vale

re iube: ⁊ ſi ſapit vt me ſequat. Migraui enim vt mihi videt ex maxima tẽpeſtate ad pacatiſſimũ portum ex inimicorum caſtris ad firmiſſimum munitũqz preſidiũ ex improborũ multitudine ad bonorum ſocietatẽ ex mũdi deniqz colluuione ad paradiſum. Qualia inqt frãciſcus o paule mandas amico: ex his q̄ ab eo intellexi arbitror facile illi pſuadebis. Uale ⁊ ego ita faciã referãqz thome. Et tu inqt paulus o franciſce vale ⁊ anite re etiam ipẽ: vt te quoqz ex his mũdanis periculis liberes: ac me ſequare. Hec igitur o ſocij cũ audiuiſſem vitã prius mutare in animũ duxi: nã timor ille quẽ prius habueraz penit⁹ me reliquerat: q̃nqdez vanũ illum fuiſſe ex pauli cõuerſione didiciſſem: q cũ me multo delicatior eẽt ⁊ in hac vrbe cuiq̄ȝ ſecundus nõ habeiet: rumorẽ populi non curauit: nec labores religiõis extimuit: qn poti⁹ ſanior i religioſa vita viuere videt q̄ȝ ante. Intelligo igit iã religionẽ ipaz diuinã quãdaz habere vim. Itaqz q̄ȝ ſecreto poteram me domeſticis curis liberare conabar. Accidit interiz vt pri me⁹ migrauit e vita: cui⁹ mors ⁊ mihi orbitatẽ ⁊ mr̄i viduitatẽ relıqt. Qua ex re multis diẽbus detentus fui ne pſequerer ppoſitũ meũ. At cũ tandẽ non deſtitiſſem: qn me his laqueis anniterer liberare ac de mundo aufugere: ſenſit me mr̄ talia moliẽtez: ac pus p ppinquos ⁊ amicos me diuertere conabat: dehinc v̊o nihil pficiẽtib⁹ illis ipa me comprehẽdẽs duxit in cubiculũ ⁊ laxatis fontibus lachrymarum addebat verba cũ gemitu: que magis eẽnt miſerenda q̄ȝ lachryme. Sed cũ illã vociferantẽ atqz plãgentẽ ꝯſolari cepiſſem: vix a ſingultib⁹ paululũ ſe cõtinuit. Uerũtñ illã violabãt lachryme ac largiter fluebãt. Itaqz puoluta genib⁹ rogabat: ne ſe deſererẽ: ne ſe ſecũda viduitate circũdarẽ. Ego inqt fili nup priuata ſum ſolatio patris tui. Ita qppe deo placuit. Defuncti fuerãt pauloante duo fratres tui pulcherrimi adhuc paruuli ⁊ in etate admodũ immatura: quorum educatio ſi viuerẽt preſtaret ſolatiuz ſolicitudini mee. Nunc v̊o te pter ſupeſt nemo: q huic mee poſſit eẽ ſubſidio ſenectuti: nec aliud i ſolamẽ relictũ ẽ. Neqz enim mihi modicã ꝯfert ꝯſolationẽ i erũnis meis tuã iugiter faciẽ intueri: in qua mihi viuens imago cuſtodit defũcti certiſſima vultus illi⁹ ipreſſiõe figurata. Hãc

igitur vnam peto gratiam: ne calente adhuc corpuſculo p̄ris tui miſeram matrem perpetuo tradas merori: nec luctum ve/lnti ſoporatum rurſum excites ĩmo ne mihi mortem inferas ĩmaturam: ⁊ ante tempus ad ſepulchrum me ire cōpellas. Suſtine finē vite mee qui poſt modicū fortaſſe tempus eueniet. Iuuenibus eūdi in longiſſimā ſenectutē: vt ait grecus ille chriſoſtomus: ſenibus vo nil aliud licet expectare q̃ȝ mortem. Cuȝ ergo me terre dederis: oſſibuſqȝ p̄ris tui miſcueris: ito q̃ȝ longe voles: nauiga quod libuerit mare. Non erit tunc qui poſſit obſiſtere. Hec ⁊ his ſimilia mł̃ta mat ingeſſit vociferans atqȝ ſeipſaȝ excrucians. Ego quoqȝ cum nequirem lachrymas continere ſurrexi. Neqȝ eniȝ mihi ferreum pectus erat: nec ſaxeū cor: nec adamantina precordia Sed illa vtraqȝ manu me comprehendens atqȝ multo magis ingemiſcens ac vociferans: teſtor inquit deuȝ ſanctoſqȝ oēs: q̄ vel hic ante pedes tuos animam expirabo: vel mihi certā manendi ſpem dabis. Itaqȝ conteſtatus ſum atqȝ pollicitus me illam quoad viueret nunq̃ȝ relicturum nec ab eius vnq̃ȝ latere diſceſſurus. Hec igitur cā meum diu impediuit propoſitum vel potius retardauit. Uerum cum mihi eſſet aut medio cris familiaritas cum quodaȝ religioſo viro ſene ꝓbatiſſimo atqȝ doctiſſimo ex ordine p̄dicatoꝝ fratrum ad illū ſepe ventitabam referebāqȝ omnia: qui me optime hortari ⁊ inflāmare ad mūdi cōtēptū deſpectūqȝ reꝝ ſollicitus erat. Cū vo domi me dieb9 plurimis cōtinuiſſeȝ: nec verecundia ductus poſtq̄ȝ matri me deuinxerā: vt ſolebā prius veniſſem ad hoiem: ille vt erat prudentiſſim9: ſuſpicat9 eſt dolū accerſitūqȝ me dextera manu me cōprehēdēs iuxtaqȝ aſſidēs rogauit quenā eēt hui9 mee abſentatiōis cā. Narraui tandē nō ſine multo rubore: q̄ppe q̄ male pollicitatiōis mihi eram conſcius: quid a matre paſſus fueram quidqȝ ipſa non tam impetraſſet q̃ȝ extorſiſſet ⁊ quas in animo fluctuatiōes ſuſtinereȝ expoſui. Ille autem nō turbata facie: ſed vultu ſereniſſimo quaſi ſubridens: videbat enim me rubore ſuffuſum: non te inquit fili frangat res iſta. Et nos maiora vidimus: ac ſimilr per iſta tranſiuimus. Sine matrem valere vel ſi mauult plangere. Tu modo tibi cōſule ſempiterneqȝ ſaluti tue. Habet mater plurima ſolatia ſenectutis: obſequentes famulos ancilla/

rumq3: greges ampliſſimu3 pa
trimoniū. Sed hec ſunt fili ca/
riſſime machinamēta diaboli
q̄ tū[tibi] añ p̄dixerā: nā p hunc
modum aduerſarius in pecto/
re tuo xp̄m conatur occidere:
atq3 vt hieronymus ait: Dona
tiuū3 quod militaturus accepe
ras hoſtilia caſtra ſuſpirāt. At/
tolle queſo attolle multū: ⁊ ocu
los ad celū eleua: videq3 diligē
ter a quibus te muneribus co/
netur diabolus his matris la/
chrymis reuocare: ⁊ q̄3 calide
palmā victorie e manibus tuis
nitatur auferre. Jā fili cū ꝓpin
quis ⁊ amicis fortiter dimica/
ſti: iā in primo belli ꝯgreſſu cō
ſtātiſſime ꝑſtitiſti: iā hoſtiū cu
neos nouus tyro viciſti inimi/
cos plurimos ſupaſti: vltimuſ/
q3 nunc expectatur de hoſte tri
umphus. Jn paleſtra cōſtitu/
tus magnā ſpem cōſequēde vi
ctorie omnib9 attuliſti: magnu3
deo gaudiū ⁊ angelis prebuiſti
omneſq3 celites ⁊ beati ſpirit9
nūc expectāt: vt coronā accipi/
as. Per pugnam enim ad pal/
mā: p palmā ad victoriā pueni
tur. Nec te debet mouere qđ
matri ꝓmiſiſſe videris: cū ma/
ior ſit impietas male promiſſa
ſeruare: q̄3 ſcelus ante fuerat ꝓ
miſiſſe. Quod ſi qs forte arbi/
tratur fuiſſe illud pietatis vehe
mēter errat ⁊ maxime fallitur
Que enim pietas eſt celeſtē pa
trē relinquere a quo q̄cq̄d hēs
accepis: vt ſequaris carnalem
matrē: a qua niſi caducū corp9
habueris ⁊ peccati ſordib9 inuo
lutū. Ha ſcelus indignū deū vo
cātē ꝯtēnere: ⁊ ad mortalē attē
dere creaturā. Cōtradicē crea/
tori ⁊ iperijs femineiſ obedire
Quid putas fili chariſſime ti/
bi dicet iudex inexorabilis in
die illa: qua oēs aſtabim9 ante
tribunal xp̄i: vt referat vnuſq̄ſ/
q3 ꝓut geſſit i corpe: ſiue bonu3
ſiue malu3: ſi nūc volueris mr̄i
tā ipia ꝓmiſſa ſuare. Te enim
tūc aſtātē cū ceteris rogabit iu
dex. Thoma q̄d petis? padiſu3
inquies dn̄e. At ille te turbata
facie: toruis oculis: ac minaci
frōte reſpiciēs voce turbida re
ſpōdebit. Ab illa debes p̄miū
retributiōis expetē: cui9 ſp ipio
paruiſti. Ecce ego te vocaui: vt
mihi i religioſa vita ſpūale ſer
uiciū exhibēs: vocauit ⁊ mr vt
illi9 cōmodis deſuires Me cō
tēpſiſti: illā ſecut9 es. Ego vna3
ſalutis via3: vt p eā gradereris
oſtendi: illa te vt per aliam que
eſt perditionis ⁊ fraudis: ince/
deres incitauit. Sed illi obſecu
tus es: me vo ſpreuiſti. Et mihi
quidem te inſpiranti ad tutiſſi
mū religionis portū diu ⁊ mul

to tpe reſtitiſti. Illi autez breui ceſſiſti te ad tempeſtatez ſeculi reuocanti. Extra te etiã nolen/tem ꝛ quodãmodo repugnãtē ad ſinũ quietis adduxerã illi te ſponte obtuliſti ad mundi naufragia reducere cupienti Non enim te ligauit ſed rogauit: nõ vim intulit ſed precata eſt: non elata minata eſt: ſed q̃relas muliebres expoſuit: non te verberibus ſed verbis mollioribꝰ pellexit ad ſeculuz. Et illa pro te lachrymas fudit: ego ſanguinem Illa terras peragrauit ꝛ maria ego de celoꝝ ſublimitate deſcēdi. Multos pro te illa ptulit labores ac moleſtias: ſed non vincula: non fragella: non ludibria nõ deniq3 acerbiſſime mortis obprobria. Et illa multas pro te peccunias ꝛ facultates expoſuit: ego vitam: ꝛ tñ apud te plus valuit mortalis illa q̃3 ego: plus dilexiſti feminaz q̃3 deum. Ab illa ergo poſce mercedē cui tãto ſemp ſtudio parere curaſti. Hec o thoma ꝛ huiuſmodi ſilia tecũ in mente verſare: cogitaq3 diligenter qd ſis iudici reſponſurus. Que oĩa ꝛ alia multa cuz ſanctꝰ ſenex ille retuliſſet: feciſſetq3 dicendi finez: ego ſuffuſus lachrymis nil amplius tunc reſpõdi: q̃3 demiſſo capite: ora ĩquã pater pro me. Et ſimul his dictis lachrymãs abibam. Ille aũt me intuens vade inquit fili ꝛ cras ſummo mane me viſere non graueris. Ueniam inq̃3 o pater. Igitur cũ per matris lachrymas a pma ſpe decidiſſem ſecundã nauigationē agreſſus ſum. Cenſui deniq3 cũ iam exptus eſſem amicoꝝ ac propinq̃ꝝ maximeq3 matris tentationes cauendũ fore: ne mihi idem iterato accideret qd prius: nec eē vnq̃3 huiuſmodi cõſilia cuiuis homini manifeſtanda: ſed ſine ſtrepitu perficiēda. Ita ego ex eo die putaui ac facere ꝯſtitui. Ueꝝ qr vos opinor: quãtũ ego coniecto: eiuſdem mecũ eſſe ppoſiti ſtatuiſtiſq3: vt mihi videtur: beatam vitã religioſorum ſequi: philoſophiamq3 verã: neceſſe eſt vobis: totum deſideriũ qd olim parturiebã effundam.

**Cipria.** Maxime maxime ſtatuimꝰ o thoma.

**Hera.** Ita mihi deũ velim propitiũ ſic iam religioſus fieri deſidero nec vlla res ē quam magis optandam putem.

**Tho.** Igitur cũ poſtri die veniſſem ad ſenē plurima mihi de religioſoꝝ cõuerſatione narrauit: plurima ipſe meis oculis vidi: ex q bus pauca breuiter ſtrictimq3

deſcribam. Prima iter eos:vt coniectari potui: cõcertatio eſt obedire maiorib⁹. Nec ſuo põt arbitratu:ac dictione viuere:ſʒ qcqd fuerit a maiorib⁹ impatū ſine cũctatione ſumma cum ala critate conãt explere. Hñt ſem per alimenta cõia:veſteſqꝫ ⁊ re liqua neceſſaria:prout cuiqꝫ ſat eſt iuxta traditionẽ aplicaʒ ſin gulis diſtribuunt ab eo: cui id officiũ eſt cõmiſſum. Ita cuius itereſt vniuerſa moderat vt ne mo:qd poſtulet:nemo ſit pſeip ſo ſollicit⁹ ⁊ tñ nemo dehabeat. Nec cuiqꝫ oĩo licet dicere meã tunicã meũ codicẽ:meã cellam Nulla intra eos ſunt iurgia:ne mo querit:nemo muſat ſed ac/ ceptis rebus eſt quiſqꝫ cõtent⁹ Sũma in illis pax:ſumma cha/ ritas ⁊ oĩbus preponenda vo/ luptatibus animi deſiderata ⁊ beata tranquillitas. Ceterūʒ qꝫ letanter e vita diſcedant neqꝫ cicero ſi adeſſet:neqꝫ demoſte/ nes poſſet explicare. Affui nup ipſe o ſocij cum ex illis quidam moreret:aderãtqꝫ fratres oẽs canentes pſalmos. Uidi cũ ibi adeſſem admirabile quoddam nam tanta inerat hilaritas mo rienti:tanta ex illa ſua migra/ tione iocunditas: vt lachrymã tes multos quodam vt fieri ſo/ let pietatis ⁊ charitatis affectu fletum continere iuberet:dice/ retqꝫ vicem ſuam ab eis deplo randam vllo pacto nõ eſſe: qñ quidẽ ad meliorẽ vitã emigra ret. Rogatus vo an timeret ſe nunqꝫ a deo ſecuꝝ fuiſſe rñdit. Arbitrari enim inqt oportet ſi vere ſum⁹ religioſi:nos ad deũ poſt mortẽ ire ⁊ ad angelorum choros cetumqꝫ ſanctoꝝ oĩum proficiſci. Nonne huius felici/ tatis grã laboramus in religio ne ⁊ affligimur:⁊ vltro etiã pe nas damus. Nõne in tota vita bene agere atqꝫ niti cõſueuim⁹ vt ad eos tandem beatos per/ uenire poſſimus? Igit valde ri diculum foret ita ſe in vita com paraſſe ſempqꝫ ita vixiſſe: poſt ea a morte adueniente turbari Si laboram⁹ ĩ vita ⁊ a volupta tibus corpis ſeparamur vt poſt mortẽ pmio ⁊ corona donari valeam⁹:cur terreamur ⁊ mo leſte feremus cum id fiet? Non ne ſumma eſſʒ abſurditas ſi nõ libenti animo illuc tendamus: vbi cum peruenerimus ſpes ẽ eo qdem quod in vita tantope deſiderabam⁹ potiri eo vo qd moleſte ferebamus penitus li/ berari? Nonne vt ait ſocrates in phedone:ex humanis qdeʒ rebus parẽtibus vxoribus aut filijs decedentibus: multi iam ſua ſpõte voluerũt iferna adire

putātes illic vidēdi ꝛ cōuenie̅di eos:quos amabāt in vita ſibi fieri poteſtatē? Q̄ð ſi ita faciunt illi:q̄d religioſius:q̄d verꝰ amatoꝛ dei ac ſanctoꝛu꞉? An in hāc ipa꞉ ſpem adductꝰſe ad deum ꝑfectu꞉:ſi moꝛiaꝛ aduentātē moꝛte꞉ moleſte ferret:ꝛ nō libēti aīo migrabit e vita. Jtaq꞉ fratres id vobis dicā: qð q̄da꞉ ð ſe ſapiēs dixit: Nemo lachꝛymis me decoꝛet nec funera fletu faxit. Js igiꝛ o ſocij mihi eiꝰ facta verbaq꞉ ꝯſiderāti: cu꞉ decederet e vita ꝑbeatꝰ maxime viſus ē:ſiq̄s vnq̄꞉ alter ita ſecure generoſeq꞉ moꝛiebaꝛ: vt videreꝛ nō ſine diuina ſoꝛte ꝑficiſci:nec ad moꝛtē ire: ſed in celū ꝑgere:vbi eſſet multis bonis ꝛ maximis fruiturus. Hoꝛu꞉ ergo gr̄a que memoꝛata ſunt: ia꞉ ego nō curās rumoꝛes populi: ꝛ iperite multitudinis voces: ſed finē vite ꝯſiderās conaboꝛ reuera q̄꞉ maxime potero bonꝰ religioſus viuē atq꞉ moꝛi. Hoꝛtoꝛ aūt atq꞉ inuito vos quantū poſſu꞉ ꝛ reuoco ad huiuſmodi vitā. Ea eſt.n.ad celos tuta breuis ac facilis via cuiꝰin ſinū: vt vos ocius ꝯferatis:ac in eūde꞉ trāquillitatis poꝛtū: ex his grauiſſimis caſibꝰ magna ia꞉ tēpeſtate iactati ꝯfugiatis exhoꝛtoꝛ Si eni꞉ pleriq꞉ philoſophi tm̄ humane ſapientie ſtudiū contulerūt:vt,omnibꝰ rebꝰ poſthabitis totos ſe ad exquirēda nature ſecreta collocarent:et patria parentibꝰ:diuitijs deſpectis totā in eo ſtudio curam operāq꞉ poſuerūt: cur vos nō pꝛo inani philoſophia: ſed ꝑ diuina nanciſcēda ſapiētia que vobis fit imoꝛtalē gloꝛiā pitura nō iſta libētiſſime facietī. Nec vlla vos debet religiōis terrere difficultas. Jpſa q̄ppe ꝑ ſe ſatis facilis ē:cū multos nobiles viros ꝛ in paterna domo: pꝛius in maximis delitijs enutritos in ea et diu viuere: ꝛ ſanos ac letos durare videamꝰ. Que etiā ſi eſſet durioꝛ aſpioꝛq꞉ q̄꞉ ſit certe granē illā eſtimare mīme deberetis ꝑpter ſpem imoꝛtalitatis q̄ ſequiꝛ:ꝑpter quā ꝯtēnēde res humane ſunt patibiles ꝛ labores ꝛ doloꝛes putādi:ꝛ ſi deus iuſſerit:moꝛs ipa ꝛ ſuſcipienda ē ꝛ ferrenda. Nōne aīaduertis quātos laboꝛes hoīes patianꝛ: vt ea ſibi poſſint cōpare q̄bus hec vita breuiſſima cōmode valeat ſuſtentari. Jmpiger extremos currit mercatoꝛ ad indos ꝑ mare pauperiē fugiēs ꝑ ſaxa ꝑ ignes. Quid vero vos facere debetis vt acquiratis regna celoꝝ. Nō enim putādū ē ſummā felicitatem ſine laboꝛe vllo

poſſe conſtare. Sed cur longi
us noſtra vagat oratio? Quid
adhuc differo meũ vobis conſi
liũ reſerare. Ego enim pedem
vnũ vt dici ſolet in ipſa religiõe
teneo atq3 vti ſpero cras veſpe
ri totuz me religioſa vita tene
bit q̃q̃ id ſciat nemo ꝑter pri
orẽ ac monaſterij patres: nam
q̃3 ſecreto potui mea cõſilia cuz
illis habui reſq3 ad hoc vſq3 de
ducta eſt: vt craſtina die me in
cetu recipiant ſuo. Nec vos ve
lim vlla teneat admiratio ſi h̃
vobis ante nõ aperui cuz mihi
huiuſce rei manifeſtatio iã pri
mo piculũ feciſſet. Vos tamen
inuito ad hoc ipm ac ꝓuoco et
ſi ſapitis: vt non amplius diffe
rendũ putetis. Multa eni3 eẽ
ſolẽt in dilatione picula: vt ego
q̃3 nup experiẽtia doctus per
bibui teſtimoniũ. Tolle moras
inq̃t ingenioſus poeta ſemper
nocuit differre paratis. Perfi
ciatis igit id qđ tantope nunc
optare videmini: mecũq3 ſum
mo mane ad monaſteriũ veni
atis: vt vna illã beatã vitã viue
re incipiamus: in qua mortem
ipam minime formidabimus.
Mortẽ enim q pie recteq3 vi
xerint confiſi conſcientie bono
nõ metuunt quin ſperant illa3
ad celum ſibi ducem futuram.
Sinamus opiniones hominũ
nec penitus curemus eoru3 iu
dicia: qui vitiorum ſordibus i
buti volunt de virtutibꝰ iudica
re. Sicut enim flocci penden
da ſunt iudicia febricitantiu3
qui palatum atq3 lingua3 ama
ris refertam habent humori
bus ſi velint vina mulſa vel ce
tera dulciora pocula iudicare:
ſic minimi eſtimandi ſunt ho
mines: quinpotius contemnẽ
di qui ſcelerate viuentes obuo
luti ſordibus peccatorum au
dent de his ferre ſententiam:
qui ad frugem vite melioris
emigrant. Contemnant l3 nos
atq3 irrideant ⁊ ſi libet ſtultos
vocitent ac per viciniam fabu
las cantent modo ipſi pie reli
gioſeq3 viuamus. Veniet enim
veniet inq̃3 illa dies: in qua et
noſtram maximam ſapientia3
⁊ illorum extremam dementi
am deus ipe: non dicam vnius
vrbis populo: ſed orbi vniuer
ſo faciet manifeſtam. Ea enim
religio: ad quam nos aſpira
re videmur q̃q̃ cetere omnes
diuino quodam ſpiritu a viris
ſanctiſſimis conſtitute ſint no
ſtris accomodatior inſtitutis
eſſe videtur. Omnes etatem
noſtram vſq3 in hanc diem cõ
ſumpſimus in ſtudijs littera
rum: in quibus omnem ope
ram curã diligẽtiãq3 poſuimꝰ

Quaobrem videt ꝯgruum ma
ximeqꝫ conueniens: vt ad eam
pergamus vtiam in qua pretе-
ritus labor noſter ocioſus non
ſit futurus: nec nos peniteat co
natꝰ noſtri: nec ea que mlto cū
labore didicimus: dediſcamus
qđ ꝑfecto fiet vt. ſ. illa que hacte
nus ex ſtudio veluti flores no-
bis legimus fructū aliquē ſua-
uitatis ꝛ dulcedinis pariant ſi
nos ad beatā vitam predicato-
rum fratrum liberati de ſeculo
transferamus vbi ꝛ nobis ꝓmo
ꝛ multis alijs ꝓdeſſe valebimꝰ
quo nihil acceptius ſummo im
peratori deo fieri poſſe videt.
Quid eni melius efficere poſ-
ſumus aūt etiaꝫ cogitare ꝗ nō
mō nos ſolutos vinculis pecca
torꝫ diuino cultui dedicare ſed
alios etiam erroribꝰ liberatos
ad iter celeſte dirigere. Hmōi
vitam ego maioris virtutis ac
meriti eē arbitror ꝗ eam que
in heremo ꝛ vaſta ſolitudine i
multo labore ꝛ caſtigatione vi
ctu: ſine alia ſcripturaꝝ medita
tione transigit. Nūne melius
eſt poſt noctium orationes lau
deſqꝫ diuinas: poſt cōpleta ſan
ctaꝝ virtutū exercitia: ſtudijs i
ſudare lraꝝ: que a ſūmis ſem-
per ꝛ ſapientiſſimis viris pla-
ta fuere ꝗ in deſerto ſine litte-
ris vitam ducere? Que omnia
cum ita ſint: non eſt tn̄ mirādū
ſi pauci ſunt ſempqꝫ fuerint q i
vita religioſa verſent. Ardua
quippe eis eſſe vident iſta qui
delicati ꝛ molles ſenſuum oble
ctamenta ſequunt nā in religio
ne obterende oēs corporis vo
luptates: relinquende delecta-
tiones ludus: iocus: cōuiuium:
ſermo etiam fere oīum ꝓpinqꝫ
ac familiarium deſerendus: q̄
res in hoc genere hoīes a labo
re religionis ſtudioqꝫ deterrēt
Mihi aūt non modo videntur
hoīes ad religionis cognitōeꝫ
ceci: veꝝ etiam adeo hebetes ꝛ
obtuſi: vt neqꝫ quā vim habeat
ſcire velle deſiderent quā ſi no
ſce poſſent non eſt apud me du
bium qn multo plures ad illaꝫ
ſe conferrent ꝗ nunc faciant.
Sꝫ neſcio qui eos teneat error
ꝛ miſerabilis ignoratio veri vt
illam verā vitam ſequi neſciāt
quā conſtat oīum magiſtrā eē
virtutū. Qđ ſi oblectatio queri
tur animi requieſqꝫ curaꝝ que
conferri cuꝫ illa pōt que omīs
expers mundialis ſollicitudīs
preſentibꝰ ſpretis atqꝫ calcatis
ſola futura diuinaqꝫ meditat.
Hec profecto eſt illa vera phīa
quā regulam cōuenientiſſime
dicere poſſumus bene beateqꝫ
viuendi. Confugiamus igitur
ad eius gremium: de hoc imē-

ſo pelago mundi huius vbi tē/
peſtates ⁊ turbines: ⁊ procelle
imaniū fluctuū: vbi ruine ſine
gubernatore: ſine nautis: ſiñ ve
lo ſine remis plurime ſūt. Hec
quidem omnia his qui ſalutis
ſue curam gerunt euidētiſſime
patent. Apud eos aūt qui vin/
Obedietia vera ⁊ pfecta apud deū eſt cū homo diligēter ⁊ ſepe cogitat qd maxime quolibet tpe ⁊ loco deo placeat ⁊ ad qd pcipue eū ordinauerit ⁊ h toto nixu ſemper complere intēdit. Sꝫ vera obedientia ad vicarios chriſti ſcꝫ prelatos eſt: cum ſubdit⁹ qđ ſibi maxime ꝯtrariū eſt: fideliſ ⁊ libenter exequiſ: nunqꝫ manifeſtans ſigno vel verbo aut fcō qđ ſibi ꝯtrarium ſit mandatuꝫ Sed vera obediētia ibi nō pōt perpendi: vbi ſubditus pceptū excogitat ⁊ opus qđ ſibi placuerit ipſe dicat. Dicit auguſtinus Optim⁹ ille tuus eſt miniſter dñe qui non hoc a te audire deſiderat qđ ipe voluerit: ſed hoc velle qđ a te audierit. Uer⁹ obediens nunqꝫ pceptuꝫ expectat: ſed ſolam voluntatē plati ſciēs vel credēs: frequēter ⁊ feruēt exequiſ pro pcepto: exēplo dñi ieſu: cui voluntas ⁊ cōplacentia patris ſummū pceptū fuit. Uerus obediēs nūqꝫ de factis ſuis ordinat nec ſenſum ſuū iudicat cū nec velle habeat nec nolle ſꝫ oēm ordinationē circa ſe factā ſimpliciter ⁊ ſecure deo cōmittit ⁊ plato. Uerus obediēs non diſcernit inter bonū ⁊ malū ſic abraam non diſcernit vtrū bonum vel malū eſſet occidē filiū deo iubēte: nec diſcernit inter bonum ⁊ melius. Nam ppriū etiā iudicat in dubio quod iubetur niſi māifeſte appareat iniquum eſſe mandatū: tūc ſm ꝯſilium gregorij nūqꝫ propter obedientiam debet maluꝫ fieri licet ꝑpter obedientiā bonum qñqꝫ debeat ⁊ poſſit intermitti greg. Sciendum ꝙ obedientia aliqñ ſi aliqd de ſuo habeat nulla eſt: aliqñ ſi de ſuo aliqd ñ habeat minima eſt. Nā cū ſucceſſus huius mūdi pcipiſ locus ſuperior imperaſ. Is qui ad pcipienda hec obedit: obedientie ſibi virtutē euacuat: ſi ad hec ex ꝓpo deſiderio hanelat. Rurſus cū deſcenſus huius mundi precipiſ ſiue deſpect⁹ cū obprobria ⁊ cōtumelie adipiſci iubentur: niſi hec animus ex ſemetipſo appetat obedientie merituꝫ minuit qui ad ea que in hac vita deſpecta ſunt inuit⁹ nollēſqꝫ deſcendit. Debet ergo obedientia ⁊ in aduerſis de ſuo aliquid habere: ⁊ rurſum in ꝓſperis de ſuo oīno aliqd non hře: quatenus in aduerſis tāto ſit glioſior quāto diuino ordini etiā ex deſiderio iūgitur ⁊ in ꝓſperis tanto ſit verior quanto in preſenti ipſa quā percipit gloria funditus ex mente ſeparatur. Inductiuū vere obediētie eſt ſumma

obedientia ieſu chriſti:qui non ſolum deo per oia obediuit. d. non mea ſed tua voluntas fiat. Luce.xx. ſed etiam hominibus bonis ⁊ malis ſubdit⁹ fuit ⁊ demonibus. Item oia ſenſibilia ⁊ inſenſibilia obediunt ⁊ illa ſubiecit homini vt ſe cognoſceret ſubijciendū eē deo. Sol ⁊ luna obedierūt gedeoni:terra moyſi cū abſorbuit dathan ⁊ abyron mare petro ad calcādū ⁊ moyſi cum ſubmergeret pharaonem ⁊ exercitu3 eius ſerpentes maghis in egypto:beſtie heremitis vt in vitas patrū dicit̃ Aer ⁊ grando ſamueli: aues franciſco:pluuia dominico: ⁊ demones aplis ⁊c̃. Et quia oia obediunt deo ſub celo ⁊ i celo ⁊ i purgatorio ⁊ in inferno:ideo merito homo debet obedire deo p̄i precepta eius ⁊ voluntatē eius in omnibus exequendo. Argumentum vere obedientie dicit auguſtinus: Uerus obediens mandatum eius nō ꝑcraſtinat ſed parat aures auditui manus operi:linguā voci:pedes itineri:⁊ ſe totum intra recoligit vt mandatum peragat imperātis ⁊ bene. Bonus obediens dat ſuum velle ⁊ ſuum nolle,in manus imperantis prelati:vt poſſit dicere. Paratum cor meum deus. Quodcūq3 precipis facē paratus ſum:tibi vacare ⁊ miniſtris ⁊ proximis miniſtrare: meipſum cuſtodire: in celeſtiū contemplatōe requieſcere. Argumentum inobedientie eſt cū ſubditus mandatum prelati iniuſtum reputat ⁊ ex hoc in corde remurmurat. Deinde mandatū implere non poſſe nec debere ſe excuſat Preterea diuerſas vias ſubtiliter euadendi excogitat:ad vltimū aliquos adducens qui conſilijs vel precibus mandatum impediant vel retractent. Sic non fecit abraā qui nocte abijt vt ſubito mandatum domini compleret ⁊ relinquens ſeruos in pede montis ne ipſum in occaſione filij cariſſimi impedirent. Ideo largam benedictionem meruit ſibi ⁊ ſemini ſuo.

¶ De patientia. Capl'm.iiij.

Patientia vera ⁊ pfecta ē cum quis ſuſtinet patiēter iniurias: non ſolum cum reus eſt:ſed ⁊ cum inocēs eſt exēplo beati iob.d.xvij. Nō peccaui ⁊ in amaritudinib⁹ moratur oculus meus. Et licet intolerabilior ſit iniuria inocēti: q̄3 culpabili:tamē multo ſuaui⁹ ferri poteſt ⁊ debet iniuria cu3 nihil conſcientiam remordeat de culpa q̄3 ſi moleſtiam meruiſſ3 culpa aliq̄ precedente teſte

beato petro prime quarto. Ne
mo veſtrū patiaꝛ vt fur aut ho
micida aut maledicus. Meli⁹
ē enim vt ſi ſit volūtas dei bene
facientes patiamini iniuſte: q̄ꝫ
maleſaciētes. Que enim grā ſi
peccātes collaphizati fueritis?
Sʒ ſi bn̄faciētes ſuffertis patiē
ter hec ē grā apud deū. j. pe. ij.
Laudabilis ē illa patiētia q̄ nō
tm̄ a malis ſed etiā ab eis q̄ vi/
denꝛ eē boni ⁊ amici: non tm̄ ꝓ
malis opib⁹: veꝝ etiam ꝓ bene
actis illatas patiēter ſuffert in
iurias. Tūc enim amica dei eſt
inter filias ſicut liliuʒ inter ſpi
nas. Liliū q̄ꝫuis pūgaꝛ a ſpinis
cādorē tn̄ retinet: fortiorē emit
tēs odorē q̄ꝫ ſi nō pungaꝛ. Sic
aīa ſpōſa dei ſi ab eis q videnꝛ
eſſe de numero filioꝝ ⁊ ꝯſortio
pūgaꝛ: nō tn̄ ad īpatientiā ꝓuo
caꝛ ſed cādorē bone cōſciētie ⁊
bone fame: odorē bone etiā cō/
uerſatiōis diligentiſſime ſerua
re conaꝛ. Ille vere patiēs ē qui
nō ſolū moleſtias illatas patiē/
ter tollerat: ſed inferēdas etiaʒ
deſiderat: exemplo xp̄i dicētis:
Improperium expectauit cor
meū. Uere patiēs inter flagel/
la non murmurat: exēplo iob: q
inter tot pſſuras: nec ſtultuʒ qd
ꝯtra deū locutus eſt: ſed mente
gaudet de illatis moleſtijs ⁊ ex
corde grās agit. Uerus patiēs
de illata iniuria nunq̄ꝫ ſe excu
ſat etiaʒ requiſitus: fideliſſimo
deo in omnibus ſe cōmittens:
q vtiqꝫ tpe ſuo omniū inocētiā
excuſabit. Sic dn̄s ieſus a pila/
to interrogat⁹ nihil rn̄dit. Ue/
re patiēs iniuriā ſuā nulli con/
queriꝛ: qꝛ ex querela ⁊ excuſa/
tiōe qn̄qꝫ mens alleuiaꝛ: quam
alleuiationē minime curat: ſed
ſolus cū deo ſolo moleſtiā ſuam
portat donec pius ⁊ fidelis per
internā conſolationē repellat.
Tria ſunt q̄ merito inducūt ve
rā patientiā. Unū eſt cognoſce
re qꝛ peccatis noſtris eternam
⁊ amariſſimā meruimus penā
gehēne: ꝓ cui⁹ recōpenſatione
moleſtia affligimur tꝑali. Ali/
ud ē ꝙ dn̄s ieſus lōgo tpe mul/
tis ⁊ magnis iniurijs ꝓmeruit
vt vicē rependentes breui tpe:
modicū moleſtemur. Tertiū ē
ꝙ ſm̄ lōgitudinē ⁊ magnitudi
nē ⁊ aſperitatē moleſtiaꝝ repō
derabit magnitudinem ⁊ diu
turnitatē ⁊ dulcedinē gaudioꝝ
teſte paulo. ij. cor. iiij. Id enim
ꝙ in pn̄ti eſt momentaneum ⁊
leue tribulatōis noſtre. Supra
moduʒ in ſublimi pondus glo
rie operaꝛ in nobis. Argumen
tum vere patientie eſt ſe nō vin
dicare cū poſſit: ſed etiā ꝓhibe/
re vindictam ab alijs exemplo
dauid qui ꝓhibuit occidere ſe/

mei qui lapides ꝛ lutum cōtra ipſum pꝛoÿciens virum ſangui num appellauit: ſed poti⁹ vere patiens ſupplicat deuote pꝛo i iuriantib⁹: quod fecit domin⁹ ieſus efficaciter pꝛo crucifixoꝛi bus: ꝛ beatus ſtephanus pꝛo la pidātib⁹: imo etiā cogit domi/ nū miſereri ſicut fecit moyſes. Aut dimitte eis hanc noxā aut dele me de libꝛo quē ſcripſiſti. Tales oꝛationes libēter audit dominus ꝛ exaudit. Unde oēs iſti tres fuerūt pꝛo aduerſarijs exauditi. Argumentum impa/ tientie eſt cum aliquis pꝛopter illam moleſtiam ex motu inte/ rioꝛi ſponte dimittit bona opa que comode facere poſſet ꝛ de/ beret: tunc īmerito luet de⁹ mo leſtiam ab homine irrigatam. Idemqꝫ motus interioꝛ vix ſe abſcōdere poteſt niſi erumpat vel in vultu vel in geſtibus vel in verbis. Hec eſt periculoſiſſi ma impatiētia: cuius vindicta vergit in deum innocentem.

¶ De paupertate. Caplm. v.

Paupertas vera ꝛ perfe/ cta eſt omnia pꝛopť deū ſponte ꝛ letanter relin/ quere: nihil pꝛeter ſolam neceſ ſitatem poſſidere: eademqꝫ ne/ ceſſitate ſe indignum ſentire: ꝛ ipſa neceſſitate quandoqꝫ pꝛo/ pter deum ſepe gaudēter qꝫ ca/ rere. Ubi enim plene eſt neceſ/ ſitas: ibi non poteſt perpendi paupertas vera. Sic dominus ieſus neceſſitate cibi caruit: nec diſcipulis ſpicas confricanti/ bus panem habere potuit: qui ſimiliter veſtium neceſſitate ca ruit quando ante crucem teſte bernardo penitus nudatus fu/ it: qui etiam hauſtum aque in cruce ſitiens habere non potu/ it nec lapidem nec aſſerem in quo moꝛiens crucifixum caput inclinaret. Heu q̄ꝫ ſepe eſt ibi ſuperfluitas vbi creditur eſſe vera neceſſitas. Uerus pauper nulla tranſitoꝛia concupiſcit: immo oblata reſpuit exemplo helyſei qui munera naamā nō accepit: ꝛ exēplo danielis qui dona balthaſar regis contēpſit Ille paupertatem vere amat q potius mereri vellet paruam gloꝛiam pꝛopter paupertatem q̄ꝫ magnam gloꝛiam per diui/ tias: pꝛopter ieſu chꝛiſti confoꝛ mitatem. Ad amoꝛeꝫ vere pau pertatis inducere nos debent tria vt dicit bernardus. Nihil deo carius: nihil angelis ama/ bilius: nihil hominib⁹ fructuo/ ſius: q̄ꝫ in pauptate obediendo vitā finire. Qꝛ aūt pauptas deo placeat teſtať idem bernardus

dicens: In celo omniū bonorū
ſuppetebat:ſed pauptas nō inue
niebaẗ. Porro hec ſpecies abū
dauit in terris: ſed neſciuit hō
ꝑciuȝ eius. Venit ergo fili⁹ dei
hāc cōpare in terris:⁊ ſua eſti
matiōe eā faceret nobis precio
ſam. Eſt ⁊ aliud inductiuū vere
pauptatis:gloria.ſ. ſeſſiōis dñi
veniētis ex eo ꝙ paupes igno
biles ad latus xp̄i ſedebūt in iu
dicio:nobiles ⁊ diuites iudicā
tes. Eya q̄ȝ laudabile deo oīa
pure ꝓpter ipm relinqre: pau
perē fieri ꝓpter amoreȝ dei: in
deū ↄfidere ſup oīa ꝙ tā potēs
ſit ſemel vel bis in die miniſtra
re corpori neceſſaria: que mini
ma cōputanẗ corā deo. Naȝ ea
tribuit inimicis abūdātius q̄ȝ
amicis:ſicut potēs ē die ac no
cte ſingulis momētis miniſtra
re ſpūi abūdātiā ſpūaliū dono
rū: que maxima ſunt coraȝ deo
nec ea cōmunicat inimicis. Ar
gumētū vō pauptatis ē nullam
habere ſolicitudinē de trāſito
riis:ſimpliciter ⁊ ſecure ſe com
mittere deo. q auibus ſemp lar
ge miniſtrat neceſſaria:⁊ pre
cipue pullis coruorū in nido q̄
fame vagiētib⁹:quos antiquus
coruus ꝓpter albedinē quaſi fi
lii ſui nō ſint:famelicos derelin
quit:qui ex largitate dei vel ro
re aeris paſcunẗ donec ipſis ni
greſcētib⁹:coruus ſuccurrit vel
cinifex ⁊ muſcas deglutiūt que
ſpume roſtroꝝ inherent:tū ſa
melici tā fortiter clamare non
ceſſant. Argumentū falſe paup
tatis vel auaritie ē libēter mu
nera dare ꝓter neceſſaria: vel
ea libēter accipe. Talis liberta
tē ſuā vēdit:iuxta verbū philo
ſophi: Munuſcula accipe eſt li
bertatē vendere. Quō paupta
tis ē amator:qui defectum ſuſti
nere nō vult: ⁊ munera non ne
ceſſaria frequēter accipit: imo
petit ⁊ cum quadā ſolicitudine
ſeu ſubtilitate extorquet: ⁊ ꝓter
neceſſitatem ↄſeruat.

¶ De caſtitate. Capi. vj.

Caſtitas virginalis ve
ra ⁊ pfecta ē: cū nō ſolū
corpus a pollutiōe car
nalis ↄcupiſcētie cuſtodiẗ: veꝝ
etiā aīa a carnali ↄcupiſcentia
mūda ſeruaẗ:exemplo ſare di
cētis thobie. iij. Dñe tu ſcis qꝛ
nunq̄ȝ viꝝ ↄcupiui: ſed mūdaȝ
ſeruaui aīaȝ ab oī ↄcupiſcētia: i
mo ab eis que pſtāt occaſioneȝ
ↄcupiſcentie. Et hoc eſt qđ ſeq
tur: Nunq̄ȝ cum ludētibus me
miſcui: neqȝ cū his qui in leui
tate ambulāt ꝑticipē me ꝓbui.
Ille vō caſtitatē amat qui po
tius propter caſtitatē virgina
lē ſi poſſibile eſſet:modicā dili
geret grāȝ i pñti: ⁊ gloriā in fu

turo ꝓpter ꝯformitatē ieſu xp̄i: q̄ȝ ſi mereri poſſet grām ⁊ gloriā maiorē ꝓpter debitū coniugale. Ad amorē ȝ caſtitatis nos inducere debet exemplū caſtitatis dn̄i ieſu ⁊ matris eiꝰ ⁊ ſanctaꝝ virginū: que olim ꝓ cōſeruatiōe caſtitatis regna mundi ꝯtēpſerūt: ⁊ vitam ſpōte ꝑdiderunt: ſicut beata catherina ⁊ ſimiles: ⁊ ꝑcipue caſtitas mulierū paganoꝝ ⁊ virginū: de qbꝰ ſcribit gregorius q̄ morte elegerūt ⁊ pudicitiā ſuauerūt. Itē mūdicia ⁊ libertas ꝯſequentia caſtitatē inuitare debent ad caſtitatē ⁊ gloria caſtitatis a dn̄o ieſu ꝓmiſſa iuxta illud: Qui vicerit .ſ. cōcupiſcentiā carnis: dabo ei ſedere in throno meo: ſicut ⁊ ego vici: ⁊ ſedeo cū patre meo in throno eius. Nā incorruptio primū facit deo. Conſeruāt aūt caſtitatē inductā: victꝰ parcitas: cultus vilitas: carnalis icōmoditas ⁊ fugere locum ⁊ tēpus ipudicitie oportunum Nā ſi dina filia iacob feciſſet rapta nō fuiſſet: qn̄ venit regiōis illius mulieres videre. Itē vitare oēs hoīes ſuſpitioſos. Debet aūt cuilibet femine oīs maſculus eſſe ſuſpectus. Ex hoc eni thamar filia dauid a ꝓprio fratre corrupta fuit: q2 eū ſuſpectū nō habuit qn̄ ei ſoli tanq̄ȝ infirmo miniſtrauit. Similiter vnicuiq̄ȝ viro dȝ eſſe ſuſpecta vnaqueq̄ȝ femina etiā ſancta: ſȝ cōſiliū hieronymi: ſic dicētis: Si caſtitatē ſeruare volueris feminā q̄ȝuis bene ꝯuerſantē: mēte dilige: nō p̄ñtia corꝑali. Precipuū aūt ꝯſeruatiuum caſtitatis eſt dilectio in deo: q2 tūc oīa talia vileſcūt. Guſtato etenim ſpū deſipit oīs caro. Unde grego. eſſe quidē ſine delectatiōe aīa nō pōt. Aut enim delectaꝛ in infimis aut in ſūmis. Et quāto altiori ſtudio exerceꝛ ad ſūma: tāto maiori faſtidio torpeſcit ad infima: quātacūq̄ȝ acriori cura inardeſcit ad infima: tanto torpere dānabili frigeſcit a ſūmis Argumētū vere caſtitatis ē refrenatio q̄nq̄ȝ ſenſuū ab illecebris carnis: ⁊ ſubtractio cordis a vanitatibꝰ ⁊ cogitatiōibꝰ delectabilibus. Nā ex delectatione viſus in vidēdo: guſtꝰ in guſtādo: naſci ſolēt deſideria carnalia q̄ animā ad ipudicitiā aut emolliūt aut inclināt. Argumētū ſiue inductiuū ipudicitie eſt intempantia potus. Ex hoc .n. noe ipudice nudatꝰ fuit: ⁊ loth cū ꝓprijs filiabus inceſtum cōmiſit. Ideoq̄ȝ ꝑcepit apoſtolus Nolite inebriari vino in quo ē luxuria ad epheſios .v. ꝓpꝛ occaſionē. Item ipudicus oculus

teſte auguſtino ipudici cordis eſt nuncius. Similiter ipudica verba: ipudicus inceſſus ꝛ colloquiū mulierū teſte eccleſiaſtico. Quaſi ignis inardeſcūt. Similiter colloquiū viri feminaꝫ inflāmat. Item diligēs ꝯſideratio inceſſus ꝛ forme alteriꝰ impudicitiā ꝓuocat ſeu ꝓcurat qḋ diſſuadetur eccleſiaſtici nono. Ne reſpicias virginē ne ſcādalizeris in decore eius. Ideo eſt cauendū colloquiū femine ad virum. Hoc ſalubre conſiliū ſequebatur iob cuꝫ pepigit fedus cum oculis vt non ſolum caue/ret a conſpectu virginis ſed nec cogitaret de virgine iob. xxxj.

¶ De abſtinētia Capitm. vij.

Abſtinentia eſt vſus ne/ceſſarioꝝ tm̄ victus ꝛ veſtitus ꝛ oīno ſubtractio delectabilium ꝛ ſupfluoꝝ ꝛ eo/rum que multa diligentia fiūt ꝛ magnis ſumptibus cōparant̄ exemplo ioannis baptiſte q locuſtas comedit ꝛ folia arborꝫ lactea ſaporem mellis hñtia ꝛ aquā bibit: ꝛ veſtem de pilis camelloꝝ habuit. Unde aplūs ꝑ ad thimotheū: Hñtes victum ꝛ qbus tegamur. i. non qbꝰ orne/mur his ꝯtenti ſimus: qꝛ ſeruꝰ dei non debet habere veſtimē/tum ad decorem: ſed ad tegen/dum nuditatem ſuam ſicut dic gloſa ſup lucā de veſte ioannis Ille veram abſtinentiā ſeruat ꝛ amat: qui non ſolum abſtinet libenter a delectabilibꝰ: que nō habet ꝛ que ipſi ſunt illicita: ſed etiam vitat ſponte ꝛ pure ꝓpt deum delectabilia: que habet ꝛ que habere poſſꝫ: qbus licite ꝛ meritorie vti poſſet: ſiue cara ſint ſiue vilia. Nam ſi aliquis plus pultibus delectaret̄ qꝫ in perdicibꝰ: in aqua plus qꝫ in vino: acceptius eſſet deo abſtinē a pultibꝰ qꝫ a pdicibꝰ: ab aqua qꝫ a vino. Dicit eniꝫ auguſtinꝰ Delitie quelibet ſi abſqꝫ deſiderio ſumant̄ non afficiunt: ꝛ cibi viles appetent̄ accepti ꝓfectuꝫ impediunt abſtinentie. Dauid enim aquā male ꝯcupitam effudit: ꝛ helyas carnem non cōcu/pitam comedit a deo miſſam ꝑ ceruos. Hec teſtatur eſau q nō propter galinam: ſed ꝓpt lenti/culam irrecuperabiliter bene/dictionem amiſit. Nec ſoluꝫ abſtinendū eſt a delectabilibꝰ corporis ſed ab eis que delectant animam. ſ. a vanitatibus: collo/quijs: a gaudio tēporali: a pec/cato mortali ab amicitia carnali. Hec abſtinentia eſt laudabi/lior qꝫ pma ꝛ eſt habenda pure propter deum nō ꝓpter aliquā mercedem tēporalem vel graꝫ Inductiua vere abſtinentie ſūt

duo. Unum q̄ nunq̄ debita cū
gratitudine dona dei perci-
pimus: ꝛ nunq̄ ad debitū finē
eis neq̄ ſm̄ diuinā ordinatio-
nē fruimur: ꝛ ex hoc iram dei
grauem incurrimus. Aliud eſt
q̄ de omnibus donis pceptis
ſtrictam rationem exiget quo
fine ipſa ſumpſimus vel ꝓ nr̄a
voluptate vel pro noſtra neceſ
ſitate corporis vel vtilitate. A
qbus enī qſq̄ abſtinet: de illis
rationē reddere non oportet.
Duplex autem vtilitas ſequitur
abſtinentiam: diuinorum ſecre
torum cognitio ꝛ deſideriorū
exauditio: que duo patent ī da-
niele: qui cū vti nollet cibo po-
tuq̄ regio ſed aqua cum legu-
minibus: cūctos magos ꝛ ario
los tranſcendit in agnitiōe vi-
ſionum ꝛ ſomniorū. Secundo q̄
ad preces eius. Septē anni na
buchodonoſor: qbus viuere de
buit vt beſtia: mutati ſunt ī. vij.
menſes. Ideoq̄ cū impetraſſet
a deo ſpem licentiandi populo
vt rediret in hieruſalem impe
trauit: ꝛ populo voluntatem re
deundi cum redire tardaret: q̄
in multis deſiderijs ſuis ꝛ my-
ſterijs fuit exauditus per abſti
nentiam quod ipſe teſtatur. d.
daniel. x. In dieb9 illis ego da-
niel lugebam triū hebdomada
rum diebus ꝛ panē deſiderabi
lem non comedi: caro ꝛ vinum
non introierūt in os meū: neq̄
vnguento vnctus ſum: ꝛ iō an-
gelus dixit mihi: Ex die primo
quo poſuiſti cor tuum vt affige
res te in conſpectu dei tui: exau
dita ſunt verba tua. Tertiū pōt
addi quod ē miſericordie dei
impetratio: vt patet ī niniuitis
qui per abſtinentiā miām dei
impetrauerūt Jone. 3. Mirari
poſſumus ſed non imitari ab-
ſtinentiam ſacerdotū antiquo-
rum de quibus ſcribit hierony
mus q̄ a carnib9 ꝛ vino abſti-
nuerūt ſemꝑ ꝓpt̄ tenuitatē ſen-
ſus ꝛ vertiginē capit̄ quā ex par-
uo cibo patiebant̄ ꝛ maxime ꝓ
pter appetitū libidīs q̄ ex his
cibis ꝛ ex hac potatiōe naſci ſo
let. Pane raro vtebant̄ ne one
rarēt ſtomachū. Oleū tn̄ ī ole
ribus nouerant: ꝛ hoc parū ꝓpt̄
nauſeā leuiandā. Quid loquar
de volatilibus cū ouū ꝓ carni-
bus vitauerunt: ꝛ lac quorū al-
terum carnes liquidas alterū
ſanguinē eſſe dicebant colore
mutato. Argumentū de abſtinē
tie cū non ſolum precioſis ꝛ de
licatis q̄s in ſanitate vti reſpuit
ſed etiā cū infirmitas cogit cū
dolore mentis percipit. Item
cum non ſolum delicatis ꝛ pre
cioſis ꝛ ſuꝑfluis abſtinet; imo
etiam nec̄ia qn̄q̄ ſibi ſubtrahit

vt alijs indigentibus impertiri poſſit iuxta illud Hieronymi. Qđ manducaturus eras ſi nō ieiunares: da pauperibus vt ieiunium ſit ſaturitas anime nō marſupij lucrum. Argumentū falſe abſtinentie est vitare precioſa delicata eo tēpore quo nō habentur et propter vanam gloriam vt homo laudetur vel propter parcitatem ne depauperetur: vel propter avariciam vt ditetur: vel ad cavendum corporis infirmitatem: vel ad vitandam detractionem: vel ad ſequendā dignitatem vel tranſitoriā vtilitatē vel promerendam gratiā in pñti et gloriam in futuro.

De prudentia. Capitulum viij.

Prudentia vera et perfecta est niti ad cognitionem divine nature et profunditatē humane miserie: quā prudentiam optavit auguſtinus dicens: Noverim te noverim me. Ille veram prudentiam habet qui ſollicite cognoſcere laborat qđ ſit optimum et hoc toto nixu amplectitur: qđ ſit peſſimum et hoc toto corde deteſtatur. Ille vere prudens eſt: qui frequenter penſat qđ bonis qđ malis futurum ſit: quāta delectatio bonis vni ſummo bono iungi eternaliter: quāta amaritudo malis ſeparari eternaliter a ſummo bono. Ille vera prudentia fruitur qui ſummopere fugit id qđ elongat ad tempus a familiaritate dei. ſ. peccatum veniale et quod ſemper ſeparat a fruitione dei ſcilicet peccatum mortale. Similiter ille vera prudentia fruitur: qui diligit omnia que approximant deo. ſ. opera bona: et que eternaliter vniunt deo. ſ. virtutes. et ſ. ſ. dona. Inductivum amoris prudentie eſt exemplum philoſophorum: qui cum pro ſcientia laboraverunt: vt ſcribit hieronymus: qui fugerunt frequētias vrbium: et hortulos ſuburbanos vbi ager irriguus et arborum come: et ſuſurratio avium: fontis ſpeculum: rivus murmurans et mlte aurium oculorumque illecebre ne luxu vel abūdantia copiarū: animi fortitudo vileſceret. Similiter et pigtagorici in deſerto habitare cōſueverūt et quoſdā ſibi legimus effodiſſe oculos ibi ne per corporis viſus a cōtemplatione philoſophie avocarentur. Quod ſi quis eſtimat abundantiam ciborum et potionum perfrui: et poſſe vacare ſapientie: hoc eſt verſari in delitijs etiam deliciarum vitijs non teneri: ſeipſum decipit. Senſus enim noſter videtur quod illud cogitat: qđ vidit et audivit vel qđ videt et audit: odorat et guſtat et attractat et ad eius trahit appetitum cuius ca

pitur voluptate. Quāto magis nos q diuine ſapientie ſtudere debem⁹: Ad hoc nos inducere dʒ multoꝝ dānatio ꝛ īprudētia iuxta illud iſaie. v. dicētis: Propterea captiuus ductus ē ppl's meus: qꝛ nō habuit ſciaʒ. Et baruch. iiij. Quia non habuerunt prudētiā: pierūt ꝑpter ſuā iſipientiā. Officiū prudentie ē ordinare cogitationes cordis ne extra deū vagenť: affectōes mentis ne circa creaturas nimium occupentur: volūtates ne a deo auertanť: intētōes ne miſceanť ſed purificenť: iudicia ꝛ ſuſpitiones vt ad meli⁹ ꝯuertanť. Similiter oīa verba ꝛ facta ꝛ inceſſus ordinare dʒ: vt ad debitū finē oīa fiāt: ꝓ cōi vtilitate ꝛ omniū emēdatiōe. Nā ſapientia hoīs teſte ſalomone: lucet ī vultu ipſius hoc ē in ꝯuerſatione. Qui ſic ordinat⁹ ē: hʒ argumētū vere ſapie. Itē. b. Ber. ꝺ hoc: Quottidiana diſcuſſione examina vitā tuā. Attende diligēter quātuʒ ꝓficias: q̄lis ſis in morib⁹: q̄lis in affectiōib⁹: q̄ʒ ſimilis q̄ʒ diſſimilis deo. Stude diligētiſſime teip̄ʒ cognoſcere: qꝛ multo melior es ſi teip̄m cognoueris q̄ʒ te neglecto cognoſcas curſus ſydeꝝ: ꝛ vires herbaꝝ: virtutes gēmaꝝ ꝑpter lucrū ꝛc. Talis vō nō edificat ſed inflat. Itē aſtutum eſſe in negocijs ſecularib⁹ falſaʒ idicat prudētiā īmo ſtulticiā teſte aplo. j. ad cor. iij. Prudētia hui⁹ mūdi ſtulticia ē apud deū. Tales heu multi ſunt: qđ cōqueriť dñs. d. Filij hui⁹ ſcli prudētiores ſunt filijs lucis ī gñatiōe ſua. Itē alij ſubtiles ſunt ad excogitādū negtias ꝛ nouas adinuētiōes: ſed ceci ſunt ad ꝯſiderandū volūtatē dei. De talib⁹ dī Jer. iiij. Sapiētes ſunt vt faciāt mala: bene aūt facere neſciūt. Tales dicentes ꝛ credentes ſe eē ſapientes ſtulti facti ſunt dicit apl's.

## ¶ De fortitudine. Cap. ix.

Fortitudo vera ꝛ perfecta ē dñari aīo ſuo cum tentať anim⁹ ſupbia: iuidia: ira: auaritia: luxuria: vana gloria: placētia vel delectatiōe carnali: ꝛ ratio ītelligēs nequa q̄ʒ aſſentit ſed ſtatī repmit. Uñ illud: Qui dñať aīo ſuo fortior ē expugnatore vrbiū. puer. xvj Hāc fortitudinē ſanſon fortiſſim⁹ nō habuit: lʒ leoneʒ dilaniauerit ꝛ cū mādibula aſini mille viros ſtrauerit. Poſt ꝯcupiſcētiā mulieris oī fortitudine ꝑuatus ē. Ille verā fortitudineʒ hʒ q ab illicitis mēbra ꝛ ſenſus retrahit. Illā dauid nō habuit: q vrſuʒ ꝛ leonē occidit ꝛ goliā interfecit: ꝛ tñ oclos ſuos ab illi

cito viſu nõ cohibuit. Eya quã/te fortitudinis ſunt qdaʒ ſemꝑ ad ieiunãdũ: vigilandũ: ⁊ caſtigãdũ corpa ſua ciliciis ⁊ flagellis: nec tñ refrenare poſſunt pedes ſuos a viis noxiis: manus ab ope ⁊ tactu illicito: aures ab auditu nociuo: ⁊ pcipue linguã a verbis dãnoſis dicẽte beato Jacobo. iii. cap. Oĩs natura beſtiaꝝ ⁊ volucrũ domari poteſt a nã humana: linguam nullus hominũ domare põt. Eſt enim malũ inquietum plena veneno mortifero: tñ ſine hac refrenatione nõ eſt vera religio: ſicut dixit ideʒ: Si qs putat ſe religioſum eẽ nõ refrenãs linguã ſuã: huic vana ẽ religio. Inductiuũ vere fortitudinis ẽ deguſtatio ſpũalis ſuauitatis: hec enim roborat mentẽ ad faciendũ bona ad tolerãdũ aduerſa: ad vincẽdũ vitia oĩa nociua hoc figurat ionathas j. Reg. xiiij. Qui guſtãs paꝝ mellꝭ illũinat⁹ ẽ ⁊ ɔfortat⁹ ẽ ad pſeqndũ inimicos ⁊ itãtũ roborat⁹: vt p qdragita dies corpali alimonia nõ indigeret. Officiũ fortitudinis eſt formare intellectuʒ in cognitione dei ⁊ affectuʒ in dilectione dei. Item roborare mentem inter aduerſa ne terreaꝶ ſolidare inter pſpera ne mulceatur. Item amare mentem: vt ſemꝑ exerceatur in bonis: ɔfirmare ipaʒ ne vnq̃ʒ vincatur a malis. Primã fortitudinem paulus ⁊ ſtephanus habuerũt. Secundam mathathias ⁊ eleaʒarus iob et dauid. Tertiam thobias. Qui ergo hoc in ſeipſo ſentit de argumento vere fortitudinis ſecurus ſit. Argumentũ falſe fortitudinis: imo peſſime ẽ multa ⁊ magna poſſe contra deum cõmittere. De hoc dicit anſelm⁹: Peccare non eſt libertas: neqʒ pars libertatis. Peccare ẽ potius non poſſe q̃ʒ poſſe. Quicũqʒ enim non poſſe poteſt quod ſibi non expedit: quanto magis hoc poteſt tanto magis aduerſitas: ⁊ peruerſitas poſſunt in illuʒ. Hanc fortitudinem habuerunt olim perſecutores eccleſie reges ⁊ prinncipes ⁊ hodie habent ⁊ habebunt in poſteꝝ antixp̃s ⁊ ſui.

¶ De iuſticia. Capitulum. x.

Iuſticia vera ⁊ pfecta ad deum eſt redditio debite laudis p oĩ diuina natura ſua: debite grãꝝ actiões p oĩbus donis collatis ⁊ malis perpẽſis debiti ſeruitii debiti doloris p oĩbus gratiis neglectis debite ſatiſfactionis p oĩbus cõmiſſis in verã iuſticiã. Ille verã iuſticiã hʒ ad deum: q deo ſi

delis eſt ſemp ꝛ vbiq3 in oīb⁹ ꝓ
ceptis ꝛ votis ſeruādis: q tātā
diligentiā3 ſuis ſingulis opib⁹
apponit q̄ſi ſalus talis ſua ſpāli
ter i vnoquoq3 depēdeat: ꝛ q ꝓ
pter deum pure oīa bona facit:
nō ꝓpter aliquē fauorē vel vtili
tatem p̄ntis vite etiā future vel
eterne: q cū debita gratitudine
ſingula dona percipit ꝛ eis ſm
ordinationē3 dei fruit̄ ſemper
ꝛ vbiq3. Uera iuſticia ad proxi
mū eſt in duob⁹. Nunq̄3 facere
qđ nō vult ſibi fieri: hoc ē nūq̄3
offendere ꝓximū verbo vel fa
cto vel ſigno vel ꝯſilio in reb⁹:
corpe ꝛ honore: nunq̄3 de ipo
malum ſuſpicari: nunq̄3 ipſi de
trahere: nunq̄3 bonū ſuū ꝑuer
tere vel minuere: nunq̄3 ip3 in
bono ipedire. Hec.n. nemo ſm
iuſticiā vult ſibi fieri. Itē ꝓxio
facere qđ ſibi vult fieri iuſte: Iđ
ē ꝓximū honorare: bonū de ipo
ſentire: oīa facta ſua etiā3 mala
ad bonū cōuertere: ſemp in bo
no memoriā ſui hr̄e: ſemp ipm
in bono ꝓmouere: ſemp bono
ſuo gaudere ꝛ malo cōdolere:
innocentiā ſuā ſemp excuſare ꝛ
ipm abſentē ꝓpugnare. Hec.n.
ſm iuſticiā3 qſq3 vult ſibi fieri:
ideo dī ſm iuſticiā3: qꝛ iudex ꝑ
furto nollet ſuſpendi: ꝛ tñ deb3
fure3 ſuſpendere: qꝛ illud nolle
non habet ſm iuſticiā: ꝛ predo
vellet bene ſpoliare ꝛ qđ ſibi li
ceret ſpoliare: ꝛ tñ nollet ſpoli
ari qđ tamen facere non debet
quia illud velle non habet ſm
iuſticiā. Item iuſticiam veram
ad mortuos ſeruat qui teſtamē
ta ſm ordinationem eorum ex
pedire non tardat: qui ieiunijs
ꝛ orationibus ꝛ elemoſynis ſ3
eorum confidentiam penas eo
rum pro poſſe ſuo alleuiat ꝛ ab
breuiat. Item iuſticiam ad an
gelos ſeruat qui ſalutaribus eo
rum conſilijs acquieſcens: glo
riam ipſis ex hoc debitam non
retardat: quā ꝑ impenſo nobis
obſequio promerentur. Item
inductiuū vere iuſticie eſt qđ
dicit dauid pſal. x. Juſtus domi
nus ꝛ iuſticias dilexit. Item qꝛ
iuſto promittitur in p̄nti ſpes
ꝛ leticia ſm illud: Letabitur iu
ſtus in domino ꝛc̄. pſ. lxiij. vel
quia iuſtis indicitur exultatio
ꝛ laudatio ſm illud pſal. xxxij.
Exultate iuſti in domino. vel
quia iuſtis predicitur ſecuri
tas in iudicio. Juſti autē3 in ꝑ
petuū viuent ꝛc̄. Et quicqd bo
ni deus pollicetur ꝑ ſcripturā:
hoc maxime per iuſticiā acqui
rit. Officium vere iuſticie ē re
ctificare cogitatiōes ꝛ affectio
nes vt ſemper in deo ſint: volū
tatem: vt conformis ſit diuine
voluntati: intellectum vt ſemp

ad deum vel deo intentus ⁊ ad laudem eius cũcta bona referamus: ⁊ in his eſt argumentũ vere iuſticie. Argumẽtum iniuſticie eſt vſurpare ſibi que ꝓprie dei ſunt. ſ. laudẽ: honorẽ: amorẽ vindictã vel que ꝓximi ſunt: vl' que ꝓximo debentur.

¶ De tẽꝑantia. Cap. xj.

Temꝑantia vera ⁊ perfecta eſt iuſta moderatio motuũ interioꝝ ⁊ exterioꝝ opeꝝ. Ille verã tẽꝑantiaʒ habet qui nõ ſolũ moderaṫ cor ſuũ a prauis cogitatiõibus ⁊ inutilib⁹: ſed etiã modũ ſeruat in bonis: ne ſepius ⁊ diutius cogitatiões bone inhereãt q̃ȝ iuſtuʒ tẽpus reqrit: q2 officiales cogitatiões lȝ vtiles ſint: nõ tñ ſunt tractãde infra diuinũ officium qđ dicit B. Similiter vere tẽꝑatus moderaṫ affectiões ſuas qñ aliqđ vel nihil ſpare debeat vel timẽ: ⁊ quantũ ⁊ q̃ȝdiu de alio aliqđ vel nihil gaudere debeat vel dolere: ⁊ quantuʒ q̃ȝdiu de quo amorẽ vel odiũ vl' pudorẽ hr̃e vel nõ hr̃e debeat: ⁊ quãtum ⁊ q̃ȝdiu. Similiter moderaṫ intellectum ne ampliori tpe q̃ȝ oportet ſe occupet circa aliqđ intelligẽduȝ. Silr̃ moderaṫ volũtatem qualis vel quãta eẽ debeat ⁊ intentiõȝ vl' q̃lis vl' q̃ȝta eẽ nõ debeat ⁊ ad quẽ finẽ Similiter liberꝝ arbitriũ põderat quãtũ eligere debeat bonuȝ ⁊ qualiter reprobare malũ. Similiter vera tẽꝑantia moderatur linguã qñ loquendi ⁊ qñ tacẽdi ⁊ q̃ȝdiu: hoc ẽ tpe opportuno cui loquẽdũ bonis. ſ. non ſuſpectis: qñ loquẽdũ ⁊ vbi ⁊ tpe nõ ſuſpecto qualiter ⁊ quantuȝ loquẽdũ. ſ. mature cum põdere numero ⁊ menſura: ꝓpt̃ qđ. ſ. ꝓpter neceſſitatẽ vel vtilitatẽ ⁊ ꝓ negocijs aĩe ⁊ corporis. Similiter menſuraṫ facta ⁊ mores et motũ omniũ mẽbrorum: vt ſm aplm oĩa ordinate fiãt iuſta intentiõe ⁊ ad debituȝ fiãt finem. Ad verã tẽꝑantiã ĩducere nos debet ſapientiſſima ordinatio diuina q̃ oĩa diſpoſuit in põdere numero ⁊ mẽſura. Scđm ordinationem hãc oĩs nr̃a actio: mores ⁊ vita noſtra debent eſſe moderata: menſurata: numerata ⁊ põderata: hoc eſt in virtute patris cui menſura: in virtute filij cui numerus: in virtute ſp̃us ſancti cui põdus aſſcribiṫ. Ad idem nos inducere dȝ exẽpluȝ tẽꝑantie apl̃i dicentis. j. cor. x. Sine offenſiõe eſtote iudeis ⁊ gentilib⁹ ⁊ eccleſie dei ſicut ⁊ ego ꝑ oĩa oĩb⁹ placeo. Uere fuit tẽꝑat⁹ q nullum offendit ⁊ ꝑ oĩa oĩb⁹ placuit. Argumentũ vere tẽꝑatie habet q

ſe moderatur in victu: veſtitu:
ſomno: ⁊ in oi cōmodo carnali
⁊ in leticia tpali nullā ſupfluita
tem neqꝫ iordinatāz delectatio
nem: ſed purā neceſſitatem i oi
bus his admittens. Uere tem/
patꝰ in oibꝰ nitiť ſeruare modū
pterqꝫ i amore laude dei ⁊ grā
rū actiōe. Nā magnꝰ dñs ⁊ lau
dabilis nimis ⁊c. Ideoqꝫ ſine
mō: ⁊ ſine menſura: ⁊ ſine fine
amādus eſt ⁊ laudādus. Argu
mentū diſtempantie eſt qñ ali
qs diſcordes habens mores:
oēs ſecū cōmorātes turbat oēs
inqetat: in nullo cuiqꝫ ꝯformat:
ſꝫ qđ ſibi ſoli placet hoc appro-
bat ⁊ hoc pficere ꝯtendit: oibꝰ i
portabilis ſibipſi intolerabilis.
Uñ augu. Iuſſiſti dñe et ita fa/
ctū eſt: vt ſibipſi ſit pena ois ani
mus iordinatus quāto magis
alijs. Talis fuit cedar de q̄ ſcri/
ptū ē: Manꝰ eiꝰ ꝯtra omnes ⁊
manꝰ omniū ꝯtra eū. Gen. xvj.

¶ De cōpaſſiōe. Cap. xij.

COmpaſſio vera ⁊ per-
fecta ad deū eſt iceſſan/
ter i corde triſticia vul
nerari: p oibꝰ iniurijs deo illa
tis ⁊ adhuc inferendis in ſe et
amicis ſuis: quos q tāgit quaſi
q tangit pupillā oculi ſui. Oia
eni elemēta compaſſa ſunt xpo
morienti. Ad primū vera com
paſſio ē ꝯdolere medullitꝰ affli
ctiōibꝰ primoꝝ tā corpalibꝰ qꝫ
ſpūalibus exēplo apli. d. ij. cor.
ij. Quis infirmať ⁊ ego non in
firmor? Dicit glo. Quis īfirma
tur in fide ⁊ ego non infirmor
vel in aliq̄ virtute idē nō doleo
de eo ſicut de meipo? Quis ſcā
dalizať in aliq̄ moleſtia: ⁊ ego
nō vror igne cōpaſſiōis? Ad p
ximos in purgatorio vera ē cō
paſſio vehementer affligi a cer
bitate penaꝝ q̄s ſuſtinent ⁊ pci
pue qꝛ a viſiōe dei ⁊ fruitiōe in
terim ſepanť: ⁊ deus ab ipſis in
terim plenarie nō laudať: ⁊ in
illa afflictiōe ⁊ cōpaſſiōe inceſ/
ſanter deo ſupplicare ⁊ ardenť
vt eos a tāta aſperitate digneť
eripe. Ad verā cōpaſſionē in/
ducere nos dꝫ abūdātiſſima cō
paſſio xpi ad nos q teſte augu.
ſic feſtinat peccatorem abſolue
re a tormento conſcie ſue: quaſi
plus cōpaſſus miſeri pctōris qꝫ
ſui nec ſolū cōpaſſus: imo vere
lāguores nr̄os ipē tulit ⁊ dolo/
res ipſe portauit. Iſa. liij. Hoc
idem nā mēbrorū ſuadet teſte
aplo. j. cor. xij. Si patiť vnū mē
broꝝ oia compatiunť. Item du
plex eſt vtilitas cōpaſſiōis: que
nos allicere dꝫ ad cōpaſſionem
ſ. charitatis cōfirmatio dicitur
enim in eccle. vij. Nō deſis plo
rātibus in ꝯſolatiōe: nō te pige
at viſitare infirmos ex his i di

lectiōe dei firmaberis. Itē xp̄i cōgregatio ſicut apl's.ij.ad thymo.ij. Si cōpatimur ⁊ conregnabimus. Una ē virtus compaſſiōis conquerente dn̄o ieſu. Suſtinui q ſimul cōtriſtaret ⁊ nō fuit. Argumētū vere cōpaſſionis ē nō ſolū cōdolere amicis vez etiaȝ inimicis: ſicut ioſeph ſuper fratres ſuos ſingulos flebat: q eū p.xxx. denarijs vendiderāt. Sicut dauid planxit plāctu magno ſup mortē ſaul q eū ſepe occidere diſpoſuerat: imo fecit filijs iſrael carmē planct⁹ ſup eundē. Sic mortuo abſalon q eū extirpare voluit de regno coopto capite lugebat eum. d. Quis mihi det vt ego moriar p te fili mi abſalon. Et ſimiliter iob: Flebā inqt quōdam ſuper afflictos: ⁊ cōpatiebať aīa mea paupi. Argumētū falſe cōpaſſionis ē cū aliqs v̄ba cōpaſſiōis pfert ⁊ vultum cōpaſſiōis exhibet: ⁊ tn̄ de afflictionis dolore gaudet in corde ſuo: ⁊ afflictionē pximi cum poſſet nō alleuiauit vel cū affligētes qn̄ pōt non cōpeſcit: ſed potius aliquos ad affligendū ſigno vel verbo vel facto puocat.

¶ De pace. Cap.xiij.

Pax vera ⁊ pfecta ad deum ē cū quinqȝ ſenſus ⁊ vſus omniuȝ mēbroꝝ ⁊ oīa exteriora ⁊ interiora ad nutū rōnis diſponunť: cunqȝ oēs cogitatiōes: affectiōes: volūtates: ⁊ intētiōes: ⁊ oīa interiora ꝯm ordineȝ rōnis fiūt: ⁊ illa rō pmo ꝯm volūtateȝ dei penitus ordinatur. Quotienſcūqȝ v̄o ſine aſſenſu rationis bene diſpoſite quicqȝ agiť: ſtatim pax pectoris conturbať. Ille verā pacē cū deo habet: vt dicit glo. ſuper illo verbo ad Ro.v. Iuſtificati p fidē pacem habeamus: q aduerſus mandatū eius cōtraria volūtate nō litigat: qui ſeqť iuſſa dei ⁊ ad oē p̄ceptū diuinū ſuū flectit arbitrium. Pax eniȝ vera eſt ꝯcordare cū morib⁹ pbis ⁊ litigare cū vitijs. Ille verā pacē cuȝ pxio hȝ: q toto niſu cauet nequaqȝ ex pposito q̄cūqȝ occaſiōe pturbet. Qui n. ex deliberatiōe quēq̄ȝ pturbat: nulla ten⁹ ſine turbatiōe aliq̄ hora eē pōt. Aut .n. turbat⁹ ſi pōt vindicat ſe: aut ſi vindicare diſſimulat: ex turbatōe tn̄ ſcā ſtimulū ⁊ remorſum conſciētie ſemp ſecū portat. Ille veram pacem q̄rit qui continue ſeipm conſiderat ⁊ vnumquēqȝ pprio iudicio relinquēs oīb⁹ poſtpoſit ꝯ curis trāſitorijs i ſola dei ꝯtēplatione qeſcit. Ibi .n. ſolūmō pax vera inuenit teſte beato augu. Feciſti nos dn̄e ad te: ⁊ non eſt quietū

coꝛ noſtrum donec requieſcat ī te. Ad amoꝛem vere pacis idu cere nos debet duplex vtilitas pacis. i. ſuauitas ⁊ quies mētis que pacem ſequitur: que ſuaui/tas eſt quaſi pars ⁊ initiū eter/ne ſuauitatis ⁊ quietis: vl' quia eternam ⁊ ꝯtinuam habitatōez deo ꝑparat in anima: q ꝓpter nimiam manſuetudinem ſuam tm̄ ī coꝛde quieto locum habet ⁊ quieſcit ipſo teſte qui ait: In pace in idipſum doꝛmiam ⁊ re quieſcam. Et iterum: In pace fa ctus eſt locus eius qð teſtatur apoſtolus. ij. coꝛ. xiij. Pacē ha/bete ⁊ deus pacis erit vobiſcū. Ueram pacem conſeruat hꝫ qð dicit hieronymus ſuper epl'az ad ephe. Bona nr̄a iuicē diligi mus ſi peccata que ſine damno tritici aut cum ſpe ſalutis coꝛri/gendoꝛum eradicari non pn̄t: vſqꝫ ad meſſem vltimam tole/remus: ſi etiam perfectōis opa que fieri ⁊ non fieri licet: ne in firmi ſcandalizentur facere nō diſponamus. Argumentū vere pacis habet qui omnē locum ⁊ omnes homines ac omnes ac/tiones vitat: ex quibus turbatio pꝛobabiliter ſequi poteſt. Item argumentum certiſſimuz vere pacis habet: qui pꝛecepta dei ⁊ vota ſemper ⁊ vbiqꝫ tenet teſte ps̄. Pax multa diligentibꝰ legē tuam: ⁊ non eſt illis ſcandalum Argumentum vere pacis ē qn̄ caro ſpiritui in omnibus ſubiu gatur. Argumentuz falſe pacis habet qui non euellit oēs radi/ces turbationis que ſemꝑ pul/lulare ſolent. Hec ſunt pꝛopꝛie voluptates: animi libertas: mo rum ſingularitas: appetitꝰ pla/centie: de quibus alibi ſcriptuz eſt. Item non eſt vera pax q̄ ex pꝛopꝛia virtute non habeť: ſed ex gratia alioꝛuz. Uerbi gratia Sunt qdam qui firmam pacez interim ꝙ nihil contrarietatis ſentiūt: ſed quicqd eis placet hꝫ in omnibꝰ iueniūt. cum vero aliquid fit qð ipſi non exoptāt vel qð eis minus placet ſtatim pacem coꝛdis amittūr. Tūc nō eſt virtus pacis in ipſis ſed po tius in extraneis. ideo illā pacē auferunt extranei qn̄ volūt. Si qui veram pacem deſiderāt: nō debent aduertere quid alij faci ant: vel loquantur: ſiue adulenť ſiue detrahant ſed ſemper que pacis ſūt cogitēt: ⁊ ſic vtꝰ pacis in ipſis veraciter permanebit.

## De miſericoꝛdia. Capitulum. xiiij.

Miſericoꝛdia vera ⁊ pſe cta conſiſtit in tribus: ī dando: in cōdonādo: ⁊ in ſuperogādo. Uere mihi coꝛs q̄ſdiu aliqd hēt indigētibꝰ ne/

ceſſaria ſubminiſtrat:qđ ſi non faceret: veram miſericordiam non compleret dicente chryſo. Medii aliquid habẽs omnibus non ſuffeceris nondum omne compleſti. Quincꝫ enim fatue virgines oleum habuerũt: ſed non copioſum vſcꝫ in finẽ. Hãc miſericordiam habuit Job cuꝫ dicit: Job.xxxj. Foris non manſit peregrinus: ⁊ oſtium meum viatori patuit. Sed ſi negaui ꝙ nollebãt pauperibus: ⁊ oculos vidue expectare feci: ſi comedi bucellam meam ſolus ⁊ non comedit pupillus ex ea quia mecum creuit miſeratio: ⁊ de vtero matris mee egreſſa ẽ mecũ. Sed qui dat ſubſtantiam ⁊ iniurias non condonat: nullã miſericordiã facit vt dicit grego. Ideo vere miſericors ſponte ⁊ anteꝙꝫ regeſ omnẽ iniuriaꝫ ex corde remittit: nunꝙꝫ vindicaturus nec per ſe nec per alios: imo vere miſericors potior eſt ad remittendum ꝙꝫ ſit ad iniurias appetendum. Nam vere miſericors plus dolet de peccato iniurantis: ꝙꝫ pro afflictione propria: quã iniurioſe ſuffert. Sic dauid ſemei maledicenti ⁊ lapides contra eum mittenti ex corde dimiſit etiã nõ petẽti. Et ne ab inimicis ſuis occideretur prohibuit dicens: Forte dñs dabit mihi bñdictioneꝫ ꝓ hac maledictiõe: ſcđi regũ.xvj. Sic ioſeph pepercit fratribus ſuis anteꝙꝫ peterent flendo ſuper ſingulos. Nec in hoc ſufficit eſſe vere miſericors: niſi etiam iniuriantibus precibus ſuis veniam obtineat: ſicut moyſes iudeis ipſum lapidare volentibus grãm impetrauit dicẽs: Aut dimitte eis noxiam hanc: aut dele me đ libro quẽ ſcripſiſti. Sic ſtephanus lapidantibus. Sic dñs ieſus crucifigentibus grãꝫ obtinuit cum vtercꝫ dixit: Dimitte eis quia neſciunt quid faciunt. vbi valde iniuriantes excuſantur: Quaſi dicat. Non habent ſenſum: nõ enim ſciunt qđ faciunt. Ideocꝫ ipſis nõ eſt merito imputandum ſed parcendum. Ad amorem vere miſericordie ĩducere nos debet ꝙ deus in ſui natura ſumme miſericors eſt ⁊ in alijs miſericordiam diligit ſupra modum: ſicut ipſe dixit matthei.ix. Eũtes diſcite quid eſt: miſericordiã volo ⁊ non ſacrificium. Aliud inductiuũ miſericordie eſt ꝙ miſericordes deus: in miſericordes homines: ĩ iudicio ſine miſericordia iudicabit: teſte Jacobo apoſtolo: Judicium ſine miſericordia fiet ei: qui non fecit miſericordiaꝫ: ⁊ miſericordes

a deo miſericordiam copioſe
coſequentur. Feneratur enim
dño qui miſeret pauperi.i. cuʒ
magna vſura ⁊ lucro recipiet:
quicqd pauperibus: quis largi
tꝰ fuerit. Officiū miſericordie
eſt collocare ſingulos pro me/
ritis apud deum iuxta illud ec
cleſiaſtici.xvj. Omnis miſeri/
cordia: locū faciet vnicuiqʒ ſm
opera eius. Argumentuʒ vere
miſericordie eſt: cū aliquis ſibi
ſubtrahit quicqd ſalua vita ſibi
ſubtrahere poteſt. Inſuper con
tinue laborat etiaʒ ſuper vires
vt poſſit amplius indigentibꝰ
ſubuenire. Argumentum falſe
miſericordie eſt cum neceſſita
tem cuiuſlibet pro poſſe nō ſub
leuat: ſed dicit indigentibꝰ illō
iacobi.ij. Ite in pace ⁊ calefaci/
mini ⁊c̄. negans eis neceſſaria
Unde criſoſtomus: Oportet ſi
ex tuis tribueres non ita parcū
eſſe. Nunc autem que ſunt do/
minatoris das quare ⁊c̄.

¶ De concordia. Capl'm.xv.

Concordia vera ⁊ per/
fecta ad deum eſt vniri
voluntati diuine in pro
ſperis ⁊ in aduerſis: et ꝑ poſſe
diuinis moribus ⁊ exēplis ieſu
chriſti conformari. Dicit enim
ioannes quia nihil dignius eſt
q̄ʒ vt homo ſui cōditoris ſit imi
tator: ⁊ ſm modum ꝓprie facul
tatis diuini opis executor. Hāc
vnionem petiuit nobis dñs in
penultimo inſtanti vite ſue.d.
Sicut tu pater in me ⁊ ego ī te
vt ſint vnum in nobis. Itē vera
concordia ad primos eſt cū oī/
bus in omībꝰ: idem ſapere ideʒ
ſentire: que ſunt ad deum: ſic in
ꝑmitiua eccleſia multitudinis
credentiū erat cor vnum ⁊ aīa
vna in deo.i. ad omnia que ad
deum ſpectabant. Item alijs cō
formari ī cibo: potu: ſomno: mo
ribus ⁊ operibus: que non ſunt
contra deum nec contra ꝓfeſſio
nem ſuam: nec contra ꝓfectōeʒ
vt plures lucrifaciamus: ſicut
apoſtolus factus eſt infirmus:
imo omnia omnibꝰ factus eſt
vt oēs lucrifacerent. Ad amo/
rem vere concordie inducere
nos debet q̄ valde laudabilis ē
eſt deo ⁊ valde placita concor/
dia fratrum: ſicut ipſe dicit ec/
cleſiaſtici.xxv. In tribus bene
placitum eſt ſpiritui meo q̄ ſūt
probata coram deo ⁊ homini/
bus. Cōcordia fratrum ⁊c̄. Nā
miſeri homines hoc ſeruāt in
terris qd angeli ſeruare nolue
rūt in celis. Ad idem inuitare
debet diligentia ieſus chriſti q
fecit concordiam inter deum ⁊
hominem ⁊ inter apoſtolos cū
eſſet ꝯtentio inter eos qs eorū
videret eſſe maior: ⁊ cum indi/

gnarētur.x.apoſtoli de iacobo ⁊ ioanne eo ꝙ volebant ſedere ad dexteram ⁊ ſiniſtram eius. In his omnibus chriſtus concordat eos. Argumentū vere concordie ad deum eſt teſtimonium conſcientie.ſ. non eē peccatis inuolutū ſicut apoſtolus habuit.j.cor.iiij.d. Nihil mihi conſcius ſum. Et iob. Neqꝫ enī reprehendit me cor meum in omi vita mea.xxvij. Uel feruēs deſiderium proficiendi: in oībus bonis ſm dei ordinatiōeȝ. Argumentum vere concordie ad proximuȝ habet: qui ad oēs tam ſancte ſe habet vt de ipſo q̄relam non moueat:nec etiā verbum malum loqui de ipſo valeat. Utrūqꝫ argumētum hoc habuerunt parentes ioannis baptiſte. Erant eni ambo iuſti apō deum:incedentes in omnibus mandatis ⁊ iuſtificationibꝰ domini quantum ad primuȝ: ſine querela quo ad ſcōm luce p̄. Similiter argumentuȝ de vtroqꝫ habuit iudith de qua ſcriptum eſt: Erat in omnibus ſamoſiſſima:qm̄ timebat deū valde:nec erat qui vllum verbum loqueretur de ea. Argumentum falſe concordię inter deum ⁊ hoīeȝ eſt qn̄ aliquis non ſollicite inueſtigat conſcientiam ſuam: ⁊ ſic per erroneam ꝯſcientiā ſuam credit ſe placere deo cum in oībus vere diſpliceat. Argumentum falſe concordie ad primuȝ habet cui bona opera ⁊ ſcī mores aliorum in corde diſplicēt: que tn̄ qn̄qꝫ cōmendat. Argumentum autē diſcordie inter deum ⁊ hominem: eſt cum hōi diſplicet diuina ordinatio circa creaturas ⁊ diuini mores:⁊ econtra exempla ⁊ ſanctiſſima opa ieſu chriſti. Unde ſcriptuȝ ē diſplicet deo:cui diſplicet dominus. Argumentuȝ diſcordie ad primuȝ habet qui ſenſū ſuū alijs ꝑponit:⁊ ſemꝑ ſenſuȝ aliorum poſt ſe trahere nititur ſeu diſponit ac nunq̄ȝ alioꝝ ſenſuȝ ſuo ſenſui coadunare ꝓponit.

¶ De conſtantia. Caplm.xvj.

Conſtantia vera ⁊ perfecta eſt:cum homo nec in ꝓſperis nec in aduerſis a perfectione ſubtrahi pōt: ſicut iob.xxvij. donec deficiam inquit non recedam ab innocētia mea. Juſticiam enim ī quā tenere cepi non deſeram. Nec minis nec blādicijs induci pōt ad tranſgreſſionem votorum ⁊ diuinorum preceptorum: ſicut ſeptem fratres:vt habetur lib. machabeoꝝ:q precīſis linguis ⁊ abſtracta cute capitis ⁊ ceſis peduȝ ſūmitatibus ⁊ manuum in ollis eneis viui coquebanf.

Et eleazarus ſub ſimulatiõe no
luit illicitas comedere carnes
ſed dixit ſe velle premitti in in
fernum. Illam veram conſtan/
tiam habet qui nunq̃ȝ a laude
diuina ceſſat: iuxta illud pſalmi
xxxiij. Benedicam dominum
in omni tempore. ⁊ non ceſſat
a feruenti deſiderio ꝓficiendi.
Nam teſte leone papa: nemo ē
qui in hac vita perfectior ſan/
ctiorq̃ȝ eſſe non poſſit: vt ibi q
libet incidit in deficiendi peri
culum: vbi proficiendi non po/
ſuerit appetitum. Ad veram cō
ſtantiam inducere nos dȝ mar
tyrum conſtantia ⁊ ꝑcipue vir
ginum: que in ſexu fragili eter/
nam gloriam per conſtantiam
meruerunt. Sed amplius vos
mouere debet ad conſtantiam
iudeorum pertinacia ⁊ hereti
corum: ⁊ temeritas peruerſorū
hominum in ſuis malicijs: qui
perfidia atq̃ȝ pertinacia iniqui
tatum ſuarum graue tormen/
tū habent in conſcientia in pre
ſenti: grauiſſimam penam cor
poris ⁊ anime expectantes. Ar
gumentum vere conſtantie eſt
cum quis nec per amiſſionem
rerum: neq̃ȝ per vite corporis
amiſſionem ceſſat ab omnibus
que deo placent ſicut thobias a
ſepultura mortuorum non ceſ/
ſauit ꝓ qua rex ſenacherib oīa
ſibi abſtulit: ⁊ inſuper occidi ꝑ/
cepit. Sic daniel ab oratione ñ
ceſſauit. Sic apoſtoli poſt reſur
rectionem chriſti nec ꝓpter fla
gellationem: nec ꝓpter mortis
timorem a manifeſtatiõe nois
chriſti ceſſauerunt dicentes ad
uerſarijs: An deo magis obedi
re oportet an hoibus voſipſi iu
dicate. Argumentum inconſtā
tie eſt cum quis ꝓter fauorē ho/
minū: vel ꝓpter lucruȝ aliquod
obtinendum recedit a vie iuſti
cie: ſicut balaam ꝓpter amicitiā
⁊ munera balaach: preceptum
dn̄i dicere nolebat populo iſrł
ſed ⁊c̄. vel propter timorē rex
temporalium ſicut ille diues re
ceſſit triſtis a domino ieſu: cuȝ
ſuaderet ei perfectionem. Erat
enim multas habens poſſeſſio
nes quas diligebat. Uel ꝓpter
timorem corporis ſicut omnes
apoſtoli a dilecto domino ieſu
fugerunt tēpore paſſionis eius
Mathathias vero contēnens
omnes homines ⁊ honores a
nuncijs regis exhibitos ⁊ mu/
nera promiſſa relinquens oīa
ſua: fugit i montes vt legem do
mini cōſeruaret. Iſtum nec ap
petitus regalis amicitie: nec ti/
mor rerum temporalium amiſ
ſionis retraxit a via iuſticie. Si
milit̄ nec timor corꝑis retraxit
btm̄ ſtephanū a vita iuſta: ſȝ in/

tuens in celum inter lapidum preſſuras in chriſto fixus pmã ſit. Similiter etiam nec paulus retrahi potuit a veritatis ſemita: qui dixit non ſolũ alligari ſʒ etiã mori paratus ſuʒ pro nõie dñi noſtri ieſu chriſti in hirlm.

¶ De largitate. Caplm. xvij.

Largitas vera et pfecta eſt cum aliquis oĩbus indigenibus res tẽporales p poſſe ſuo hilariter adminiſtrat imo etiã oĩbus ſpũalia dona requiſitus libenter cõmicat: vʒ in confeſſionib⁹: pdicationib⁹: ꝯſilijs et doctrinis. Nec ſolũ deſiderantibus et nõ curãtib⁹ doctrinã predicationũ ſm ꝯſiliũ apli oportune iportune pticipat imo etiã inuitis et ignorãtibus orones gemitus et fletus cõmẽdat dño. Nec in hoc ſufficit de largo niſi etiã ſe totũ euiſceret in ſtudio: in meditationibus inſcis opibus ꝯtinue p ſalute omniũ pximoꝝ. Ad hanc largitatẽ inducere nos debet appetitus ꝯformitatis dei: qui tam ꝯtinue dat oĩbus dona ſua tẽporalia et ſpiritualia etiã non petẽtibus et ſup oĩa carnẽ ſuam et ſanguinem ſuũ. Nec ſufficit ei ſua dona dare ſimpliciter: niſi etiã ſe ipm in imenſum det: In ſingulis donis cõmẽdat largitatẽ ſuã q nulli negat dona ſua quantũcũqʒ aduerſet ſibi: imo pluries in nocte et die dona ſua turbis elargitur oĩbus: licet ab eis offẽdatur. Approbat in hoc largitatem ſuã qñcũqʒ eni aliquã oportunitatẽ inuenit in recipiẽte ſtatim ab affluitiõe ſpũaliũ donorum nequaqʒ ſe poterit ꝯtinere licet ex ſapia diuina cognoſcat qd recipiẽs illa dona in pximo debeat amittere vel ea ꝯtinuo deturpare et ipm p eandẽ ipugnare. Ad ipm nos inducere debet q aliena ſunt: que damus Et puerbiũ eſt q late corrigie inciduntur de pellibus alienis Unde Chriſoſtomus: Oporteret ſi ex tuis tribueres nõ tam parcũ eſſe nunc aũt q̃ dñatoris ſunt das: cui⁹ grã puſillanimis es? Argumentũ vere largitatis eſt cum aliqs dat ſua indigentibus ſine merito alicuius et ſine ſpe cõpenſatiõis: ſicut dedit ſe dñs ieſus et aiam ſuã: et hoc eſt magne pfectionis. Nec ſufficit vere largo ſua dare etiã p ſalute pximorũ tpe neceſſitatis ſed vſqʒ ad mortẽ exhibet ſemetipʒ ſicut btũs iohãnes docet. j. Jo. iij. Si xps aiam pro nobis poſuit ſuã et nos debemus etc. Ad hoc tñ magis obligant plati. Hanc largitatẽ habuit apls paulus. ij. cor. xij. Ego ipe libẽter impẽdar pro oĩbus vrĩs Et idem. j.

cor.xv. Quottidie morior pro/pter gloriā vrām .i. mortis ſuſti neo picula. Uere larg⁹ ſine ſpe recōpenſationis dat dño totū qd̄ eſt ⁊ qd̄ hʒ ⁊ pōt ad eternaʒ laudis augmētationē ſingulis angel' ⁊ ſcis ad ꝑpetuā exultationē ſingulis pctōrib⁹ ad ꝯuerſionē: iuſtis ⁊ pfectis ad ꝯformationē ⁊ ꝯſeruationē ſingul' purgandis ad penaꝝ mitigationē ⁊ abreuiationē. Argumentū falſe largitatis eſt cuʒ aliquis dat ſua vt laudet' ne alijs vilior reputet' vel vt a clamore paupis liberet'. Et tunc rem ⁊ meritū ꝑdit. Item falſus largus eſt: qui dat ſua ꝓpter coactionē vel propter aliquē fauorem: vel ꝓpter ſpem grē in pñti ⁊ glorie in futuro vel timorem iudicis: qui ꝑcipit dare cuius ꝑcepti transgreſſionē ipune non tranſiret.

¶ De veritate. Caplm. xviij.

